Ex Libris Pauli Aemilii
Carena Regii professoris

Carena

ARNOLDI CORVINI
à BELDEREN, J.C.
JUS FEUDALE,
PER
APHORISMOS
Strictìm
EXPLICATUM.

Editio quarta, priori emendatior.

AMSTELÆDAMI,
Apud HENRICUM WETSTENIUM.

cIↄ Iↄc xci.

INDEX TITULORUM.

LIBRI I.

LIB. II.

LIB. III.

LIB. IV.

LIBER PRIMUS.

TIT. I.

De Jure Feudali.

JUri *Feudali* operam daturum prius nosse oportet, unde illud descendat. Nisi enim ejus originem sciamus, ipsum illud Jus ut ignoremus necesse est.

Jus hoc, *Feud.* 2. *tit.* 102. *Feud.* 2. *tit.* 99. non à Longobardis, *fac. Feud.* 1. *tit.* 1. §. 1. *ut existimat* Molin. *ad Consuet. Paris. tit.* 1. *num.* 6. Duar. *in Tract. Feud. cap.* 3. sed à Romanis originem traxit. Nam quæ in Jure Romano, non de clientibus, *ut volunt*, Budæus, *in l. Herennius.* 63. *ff. de Evidion.* Zas. *in princ. Tract. Feud.* (utpote qui non, ut Vasalli, militare cogebantur; & prædia sua pleno jure possidebant; cum Vasalli ea tantum jure ususfructus possideant.) nec de militibus limitaneis, *ut vult* Viglius *Inst. tit. de milit. test. arg. l. item si verberatum.* 15. *ff. de rei vind. l. Lucius Titius.* 11. *ff. de Evidion.* (quia agros limitaneos optimo jure, id est, alodii, nullam, ut Vasalli, fidem, hominium, debentes, tenebant. Cujac. *lib.* 8. *observ.* 14.) sed de *hominibus* prodita sunt; ad Vasallos pertinent.

Cujac. *d. lib.* 8. *observ.* 14. *& in praelud. Feud.*

Hominum (*quorum mentio fit in l.* 2. *C. de Episc. & Cler. l.* 1. *C. de commerc. & mercat. l. un. C. de conduct. & procur. Fisc. lib.* 11. *l.* 1. *l.* 4: *C. de dignitat. lib.* 12.) vocabulo continentur *actores*, *custodes*, *procuratores*, *emphyteuticarii* & *precarii possessores*. Cujac. *d. lib.* 8. *obs.* 4.

His olim possessio concedebatur ad tempus; postmodum concedi cœpit in perpetuum; quod verum & proprium feudum est: & Latinè *homines*, (unde *hominium* Latinè, barbare *homagium*,) Cujac. *d. loc. vasalli.* voce Longobardica, dici cœperunt.

Juris Feudalis doctrina partim constat *jure scripto*, id est, Constitutionibus Imperatorum, qui post Justinianum in Occidente vixerunt; ut Conradi, Henrici II, Lothari III, Frederici I. *t. tit.* 1. *lib.* 5. *feud.* partim maximè *non scripto*, id est, Consuetudinibus: *feud. lib.* 1. *tit.* 2. §. *fin. tit.* 3. *feud.* 2. *tit.* 10. & 101. *feud.* 1. *tit.* 15. *feud.* 2. *tit.* 83. *feud.* 2. *tit.* 103. *feud.* 1. *tit.* 13. *tit.* 7. *tit.* 108. *tit.* 1. §. 4. *tit.* 5. §. 1.

A privatis enim pro maxima sui parte hæc jura profluxerunt: Si quidem quicquid juris beneficiarii usquam per Italiam, Germaniam, Longobardiam, alia-

aliaque regna, Curias, & Respublicas, longo usu; moribus & consuetudine invectum erat, duo viri Sapientes, *Feud.* 2. *tit.* 25. & Consules Mediolanenses, *Gerhardus Niger*, & *Obertus de Orto*, Otho *Frising.* 2. *de reb. gest. Frid.* in scriptum redegerunt. Cujac. *prælud. feud. in princ.* Cont. *in Meth. de feud.* Vult. *de feud. cap.* 1. *num.* 4. Quibus, fortasse, progressu temporis alia quoque ab aliis adjecta fuerunt. *feud.* 2. *tit.* 30. *vers. alii. tit.* 32. *vers. consules. tit.* 34. §. 2. *vers. secundum alios. tit.* 36. *vers. quidam. tit.* 47. *vers. alii non.* Nam & ipsius Oberti sententia multis in locis, *Feud.* 2. *tit.* 28. *in princ. tit.* 30. 32. 36. non ut Autoris, sed ut tertii cujusdam, citatur.

Nec propterea ex jure non scripto jus scriptum hæ consuetudines factæ sunt. Dd. *ad l. de quibus* 32. *ff. de legib.* Schneidw. *in epit. Feud. p.* 1. *num.* 7. Vult. *c.* 1. *num.* 4. Consuetudo enim in scripturam redacta manet consuetudo. Barth. *in d. l. de quibus. num.* 7. & 8. Quia consuetudini nihil accedit, nihilque decedit; sed hoc tantum efficitur, ut de ea melius constet, & ut certior ejus sit probatio. *arg. l.* 4. *ff. de pignor.* & *c.* 1. *in princ. de jurejur. in* 6.

Et propterea etsi consuetudines Feudales, auctoritate Imperatoriâ, certo

ordine conſcriptæ & approbatæ eſſent; ut dubitat Vult. *lib.* 1. *Feud. cap.* 1. *num.* 3. nihilominus manſiſſent Conſuetudines; quia hæc auctoritas nihil iis adjeciſſet vel detraxiſſet: & quia non ut leges, ſed ut conſuetudines, approbatæ fuiſſent. Obrecht. *diſput. Feud.* 1. *cap.* 3. *num.* 82. *& ſeq.*

Hinc, deficiente ſtatuto vel conſuetudine legali, Cujac. *in prolog. ad Feud.* Guid. Pap. *deciſ.* 180. Boër. *de conſuet. Biturig. des fiefs, & cens.* §. 2. Seyſel. *in ſpecul. Feud. circ. defin. Feud.* ubique in Orbe in Quæſtione Feudorum ſecundum has Conſuetudines judicandum. Schrader. *in tract. Feud. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *ſeqq.* Sonsbec. *in comm. ad uſus Feud. part.* 1. *num.* 2. *cum ſeqq.* Quia Conſuetudines Feudales immemoriali obſervatione communes factæ ſunt. Conſuetudo enim quæ invaluit, quæ judicio populi recepta, *l. de quibus.* 32. §. 1. *ff. de legib.* quæ frequenter in eodem controverſiarum genere ſervata, *l.* 1. *C. quæ ſit long. conſ.* quæ antiquitus probata, *l. fin. C. eod.* id eſt, per multos annos, *l. ſed & ea.* 35. *ff. de legib.* uſu longævo, *l.* 2. *C. quæ ſit long. conſ.* & diuturno; *l. diuturna.* 33. *ff. de legib.* obſervata, pro lege non immerito cuſtoditur, *d. l. de quibus.* 32. §. 1. pro jure & lege ſervatur, *d. l. diuturna.* 33. le-

legis vim obtinet, *l. nam Imp.* 38. *ff. eod.* atque adeo legem quoque vincit. *Feud.* 2. *tit.* 1.

Proinde Consuetudines Feudales, in controversiis feudalibus juri Romano derogant. *not. Bald. lib.* 2. *Feud. tit.* 1. *num.* 5.

Quod si controversiæ non sint feudales, aut jure Feudali, nec verbis expressis, nec commoda argumentatione vel ratione per consequentiam, quæ ex iis deduci possit, Rosenth. *in synops. feud. c.* 1. §. 11. *lit. a.* Obrecht. *d. disp. th.* 86. decisa, in Foro Civili sequendum jus Commune seu Justinianeum; in foro Canonico Pontificium. *arg.* 2. *Feud.* 1. *vers. strenuus.* Excepta juramenti materia; in qua, cum ea spiritualis sit & salutem animæ concernat, etiam in solo Civili jus Canonicum est attendendum. Vigel. *in Method. jur. feud. cap.* 1. *reg.* 7 & 8. Rosenthal. *d. cap.* 1. §. 12. Schrader. *part.* 1. *qu.* 6. *per tot.*

Si controversiæ propositæ neque jure Feudali, neque jure Communi, decisæ, ad similia procedi debet. *l. non possunt.* 12. *ff. de legib.*

Deducenda ea primum ex jure hoc nostro; deinde jure scripto. Ferrar. *lib.* 1. *de Us. Feud. c.* 4. *in fin.* Schenck à Tautenberch, *in pr. c.* 1. *de feud. cogn.* Schrader. *p.* 1. *qu.* 3. *princ.* & *num.* 9. 15. *cum seqq.*

Tit. I I.

De Feudi definitione Nominis & Rei.

Explicavimus præcedenti titulo Juris Feudalis *originem*; videamus quid *Feudum*, & unde dictum sit.

Feudum alii à fœdere deducunt, eò quod inito fœdere, ad mutuam fidelitatem præstandam, ultro citroque *Vasallus* & *Dominus* se obligent; Zas. *in epit. feud. part.* 1. Sonsbec. *in comm. ad usus feud. part.* 2. *num.* 32. Ferrar. Montan. *lib.* 1. *de usib. feud.* 1. *circa fin.* Alii à vacelleto seu vasleto, quod Gallis ministerium sonat; *ut* Hotom. *disput. feud. cap.* 3. Alii aliunde. Obertus, à fidelitate, seu fide, deducit. *feud.* 2. *tit.* 3. *in fin.* *quem sequuntur*, Duar. *cap.* 2. *num.* 3. Wesemb. *cap.* 1. Cujac. *in proœm. feud.* Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 2. *num.* 1. Rosenth. *in synopsi jur. feud. cap.* 1. §. 5. Et rectè. Quia fides est forma feudi: unde, sicut substantiam, ita & nomen, merito accepit.

Hinc *Vasalli* fideles dicti. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 2. *tit.* 4. *in princ. tit.* 10. Quia *Domino* suo fidem promissam servare, & erga eum in dicto & facto, hoc est, in sermone & opere, fideles esse debent. Mozzius, *in Tract. de Feud. cap.* 1. *num.* 4.

Potest

Poteſt tamen inter *Dominum* & *Vaſallum* conveniri, ne juramentum fidelitatis, nec ſervitium præſtetur. *feud. 2. tit. 3. in fin.* Cum hoc non ſit intrinſeca pars ſubſtantiæ Feudi, ut fides; ſed civili ſaltem ratione ad adſtringendam vaſalli fidem adhibeatur.

Eſt *Feudum* jus alieno prædio in perpetuum certo modo utendi fruendi, quod pro beneficio dominus dat, *id hic eſt, confert:* ea lege ut qui accipit, ſibi fidem & militiæ munus aliudve ſervitium exhibeat. Hattyſ. *in Anal. jur. feud. cap. 3.*

Dixi, *eſt jus;* puta uſusfructus: *Feud. 2. tit. 23. circa fin.* quod per contractum conſtituitur; cum ſcilicet Dominus id per inveſtituram cedit; quæ ceſſio datio eſt, ut qui accipit, fidem & ſervitium danti ſemper exhibeat. Quem contractum traditio ſequitur. *Feud. 2. tit. 7.*

Jus hic intellige ſecundum Juriſconſultos, quibus omnia vocabula juris intellectum habent: non ſecundum Philoſophos; ſecundum quos Feudum eſt benevola actio dantis rem ſoli. *Feud. 2. tit. 23.*

Dixi, *alieno*; cum quia feudum eſt jus uſusfructus, qui in re propria non conſiſtit: *l. uti frui. 5. in princ. ff. ſi uſusfr. pet.* tum quia in eum finem datur, ut quis ſervitia exhibeat; quæ, ut conſtet relatio, nemo ſibi ipſi exhibere poteſt.

 Dixi,

Dixi, *prædio*; quia feudum non consistit nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, vel iis quæ inter immobilia connumerantur: *Feud. 2. tit. 1. in fin. & ibi Dd.* ut sunt annonæ, sportulæ, pensiones, &c. *l. 14. C. de SS. Eccl.*

In immobilibus tamen consistit *proprium feudum*, & est extra curtem seu domum Domini; in reliquis *improprium*; ut est *feudum de camera*, *de caneva*, *guardiæ*, *gastaldiæ*; quæ feuda sunt in curte Domini, *Feud. 1. tit. 5. §. fin.* proinde non tam feuda, quam jure feudi censentur: Quæ duo sunt diversa, *Feud. 2. tit. 48.* quemadmodum rem esse in bonis, & in bonis censeri. Cujac. §. *1. de Inst. de rei divis.*

Dixi, *in perpetuum*; Quia feuda habitationum, quæ morte, *Feud. 2. tit. 105.* vel habitatione deserta, finiuntur, *Feud. 2. tit. 75.* & similia quæ ad tempus conceduntur, non sunt propria feuda; *Feud. 1. tit. 2. §. fin.* sed impropria, *Feud. 2. tit. 81.* ad quæ hæc definitio non est extendenda. Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. num. 52.*

Dixi, *utendi fruendi*; Quoniam ususfructus rei à Domino ad Vasallum transfertur. *Feud. 2. tit. 23. in fin.*

Dixi, *certo modo utendi fruendi*, quia feudum est quidem ususfructus, nam competit ei ususfructus definitio; *cujus men-*

mentio fit in l. 1. *ff. de usufruct.* sed non simpliciter. Nam ususfructus cum persona usufructuarii regulariter extinguitur: *l.* 3. §. *ult. ff. quib. mod. usufr. amitt.* Feudum ad Vasalli heredes in infinitum transit: *Feud.* 1. *tit.* 1. §. *antiquissimo. in fine.* Ususfructus etiam in rebus mobilibus, & quæ usu consumuntur, consistit, *l.* 3. §. 1. *ff. de usufr. l.* 1. *ff. usufr. quem. cav.* Feudum tantum in immobilibus, aut quæ harum jure censentur, constituitur: *feud.* 2. *tit.* 1. Vasallus fundi ac servitutum vindicationem habet, *feud.* 2. *tit.* 8. §. *rei autem.* & *tit.* 43. non usufructuarius: *l.* 1. *ff. si usufr. pet. l.* 1. *l. ult. ff. de novi oper. nunt.* In feudo semper fides & plerunque servitia præstantur, *feud.* 2. *tit.* 3. & *tit.* 23. §. *ult.* non in usufructu. Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 2. *num.* 9.

Dixi, *quod pro beneficio*, &c. Quia feudum est beneficium (*licet multis argumentis contrarium evincere conetur* Wesemb. *de feud. cap.* 1. *num.* 2.) atque ita *feud.* 1. *tit.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & passim in toto hoc jure appellatur, & prætextu amoris acquiri, *feud.* 1. *tit.* 27. *in fin. princ.* & originem ex amicitia & officio trahere dicitur. *feud.* 2. *tit.* 23. *in fin.*

Proinde non obstat, feudum etiam interventu pecuniæ acquiri: *feud.* 1.

tit. 1. *in fin. tit.* 7. *tit.* 16. *tit.* 20. & 24. *feud.* 2. *tit.* 12. Quia non omne beneficium & gratuitum, *l.* 3. *in fin. ff. de obseq. parent.* quin etiam in gratuitis pretium remunerandi gratia recte datur: *l.* 6 & 7. *ff. mandati.* Accedit quod venditio donationis gratia fieri possit. *l.* 38. *ff. de contr. empt.* Licet igitur pretium interveniat, tamen exemplo donationis ob causam, *tot. tit. C. de donat. quæ sub mod.* beneficium recte appellatur à parte potiore. *arg. l.* 10. *ff. de statu hom.* Quia benevolentia præponderat, quæ est causa impulsiva concessionis; non verò pecunia, quæ hic non æstimatur, ut pretium vel merces, sed ut honorarium & ἀντίδωρον, ut in deposito & mandato. *Vid.* Cujac. *feud. lib.* 1. *tit.* 1. §. *notandum.*

Dixi, *fidem exhibeat*; quia fides est de substantia feudi: *feud.* 2. *tit.* 3. §. *ult.* Ideoque pacto, sive expresso, sive tacito; ut, si convenerit, ne vasallus propter feloniam feudo cadat; remitti non potest. Nam quod directo fieri prohibetur, id nec per indirectum fieri permittitur: *l. ult. C. si mancip. ita venier.* Baro, *lib.* 1. *de benefic. tit.* 4. *c.* 1. Sonsb. *p.* 2. *num.* 33. Duar. *cap.* 2. *num.* 3. Hattys. *anal. feud. c.* 3. *num.* 8. & Dd. comm.

Dixi, *aliudve servitium*; Quia de natura feudi est, ut servitia præstentur; *feud.* 2. *tit.* 23. *in fin.* unde & debita ser-

vi-

vitia appellantur. *feud. 2. tit. 55. in princ.*

Hinc etsi Dominus feudum nulla servitiorum mentione facta concesserit, ea nihilominus exigere potest. *Nam quæ naturaliter insunt, quamvis sint omissa, subintelliguntur tamen, & pro expressis habentur. l. 3. ff. de reb. cred.*

Potest tamen (ut dictum) pacto contrahentium, ne pro feudo præstentur servitia, excipi. *Feud. 2. tit.* 104. *in princ.* Zas. *in epit. Feud. part. ult. num.* 36. Borcholt. *de Feud. cap. 4. num.* 20.

TIT. III

De Feudi divisione.

EXplicatâ Feudi *definitione*, variæ ejusdem *divisiones* percurrendæ sunt, quarum etsi pleræque usu potius, quam speciebus inter se dissentientibus, sint natæ, nihilominus sunt explicandæ, siquidem alioqui jus Feudale commode intelligi nequit.

Summa Feudi *divisio* in duo deducitur genera: Aut enim *Feudum* dicitur *Proprium*, seu Rectum; *Feud. 2. tit.* 33. Aut *Improprium*, seu non rectum. *Feud. 2. tit.* 48. Curt. jun. *Tract. Feud. 1. qu.* 48. *num.* 1. Sonsbec. *Tract. Feud. part.* 3. Hattys. *Anal. Feud. c.* 3. Rosenth. *Synops. Feud. part. 2. conclus.* 27.

Sum-

Summa dico; quia hæc divisio supra se aliam magis aptam & reliquas complectentem non habet, nec enim Feudum ullum dari potest, quod non ad alterutrum horum apte referri possit. Mozz. *de divis. Feud. num.* 35. Schrad. *part.* 2. *cap.* 3. *in princ.* Guerrin. Piso, *de Feud. c.* 40.

Proprium est, quod propriam habet Feudi naturam, *Feud.* 1. *tit.* 7 vel communem Feudi rationem, *Feud.* 2. *tit.* 2. §. *fin.* vel denique quod proprie jure Feudi censetur. *Feud.* 1. *tit.* 1. §. *fin.*

Quæ *communis feudi ratio*, seu propria natura, est *qualitas* quædam, *ut inquit* Alvarot. *in prælud. Feud.* innata à principio generationis Feudi; & semper inesse videtur, nisi per pactum vel consuetudinem alteretur. *Feud.* 2. *tit.* 48. *cum ibi not.* & *Feud. lib. tit.* 7. *ubi* Alvarot. & Matth. de Afflict.

Consistit in variis juris Feudalis regulis & sententiis; ut sunt 1. *Feudum ex mera Domini benevolentia proficisci*: Feud. 2. tit. 23. circa fin. 2. *Non transire ad fœminas*, Feud. 1. tit. 1. §. hoc autem. *adscendentes*, Feud. 2. tit. 50. *legitimatos vel naturales*: Feud. 2. tit. 26. naturales. 3. *Heredes descendentes in eodem gradu æqualiter in Feudo succedere*: Feud. 1. tit. 1. §. & quia videmus. d. tit. 8. in princ. 4. *In eo mutos, surdos, & a-*

lios

lios imperfectos, non succedere: Feud. 2. tit. 36. 5. *Rem in qua feudum constituitur, debere esse immobilem.* Feud. 2. tit. 1. §. ult. 6. *Feudum non nisi investitura constitui:* Feud. 1. tit. 25. 7. *Heredem post mortem Vasalli intra annum, investituræ renovationem; ut & Vasallum ab herede Domini, post mortem ejus, petere debere:* feud. 2. tit. 54. in princ. 8. *Fidelitatem feudi accepti nomine juratò à Vasallo promittendam:* feud. 2. tit. 3. §. ult. & tit. 4. 9. *Vasallum pro feudo servitia, & quidem personalia & incerta, præstare teneri:* feud. 2. tit. 23. §. ult. tit. 24. §. sed non est alia justior. tit. 28. §. ad hoc quantocunque. 10. *Rei in feudum concessæ dominium verum penes dantem manere; quasi in accipientem transire:* feud. 2. tit. 33. §. ult. 11. *Sine Vasalli culpa ipsi feudum auferri non posse:* feud. 1. tit. 21. 12. *Vasallum sine consensu Domini, & agnatorum, feudum quidem posse refutare:* feud. 2. tit. 38. *aut alii æquali ejusdem conditionis, sed iisdem quibus ipse habuit, legibus, infeudare:* feud. 2. tit. 3. verf. si vero. & tit. 55. in princ. verf. Callidi. & tit. 34. §. similiter nec vasallus: *non tamen alienare:* feud. 2. tit. 9. & tit. 52. & tit. 55. 13. *Vasallum in præjudicium legitimorum heredum de feudo nihil posse disponere:* feud. lib. 1. tit. 8. in princ. & feud. 2. tit. 9. §. donare.

nare. & d. tit. 55. in princ. verf. habito ergo. 14. *Dominum evictionis nomine, non solum ad intereſſe, ut* vult Bald. feud. 2. tit. 2. num. 8. *ſed magis ad ſimile feudum præſtandum*, feud. 2. tit. 8. in princ. & tit. 26. §. ſi facta. *obligari.* 15. *Dominum & Vaſallum cum inter eos eſt de feudo controverſia, à ſe mutuo juramentum calumniæ exigere non poſſe*: feud. 2. tit. 33. §. in quibus. 16. *Nec poſſe Vaſallum dominum accuſare, contra eum teſtimonium dicere, nec viceverſa Dominum id poſſe.* feud. 2. tit. 33. *&c.*

Ex quibus ſi Dominus aut Vaſallus unum aut alterum mutatum dicit, id probare debet, quia illi juris feudalis præſumptio repugnat. *feud. 2. tit. 7. §. ult.*

Proprium Feudum, quod dictas proprietates communes habet, vel eſt *Eccleſiaſticum*, vel *Seculare*. Weſemb. *de feud. cap. 2. num. 3.*

Eccleſiaſticum eſt, quod datur à perſona Eccleſiaſtica, tanquam ab Eccleſia, *feud. 1. tit. 1.* Zaſ. *in epit. feud. p. 2.* Sonsbec. *p. 1. num. 5.* vel à Clerico, non tanquam ab Eccleſia, *feud. 2. tit. 35. & tit. 40. §. fin* Zaſ. Sonsb. *d. loc.* Quod tamen etiam Seculare dici poteſt. *feud. 2. tit. 35. in princ.*

Seculare eſt, quod datur à Principe vel Domino Seculari, cuicunque, tam

Ecclesiastico, quam Laïco. Nam & Clerici à Laïcis feuda sumere possunt, *feud. 2. tit.* 40. §. *ult.* & *feud.* 1. *tit.* 1. Sonsb. *d.p.* 1. *num.* 16. Zas. *d. loc.*

Feudum tamen Ecclesiæ à Laïco concessum interdum, sed minus proprie, *Ecclesiasticum* dicitur. Ferrar. Montan. *de Feud. cap.* 6. Kling. *de divis. feudi.* §. *undecima divisio.* Rosenth. *c.* 2. *concl.* 10. *per Feud.* 2. *tit.* 40. §. *fin.*

Quæ duo inter se multum differunt; exempli gratia; I. *Successor Laïci* obligatur & omni modo cogitur adimplere investituram à defuncto inchoatam; *Feud.* 1. *tit.* 3. *Successor Clerici* non obligatur; *Feud.* 1. *tit.* 9. nec cogitur facere, vel confirmare, vel adimplere, *Feud.* 1. *tit.* 3. vel ratam habere investituram ab Antecessore factam, *Feud.* 2. *tit.* 35. sed Feudum exinanitur & finitur: *Feud.* 1. *tit.* 25. II. In *Laïcorum investitura* regulariter non nisi pares Curiæ testes adhiberi possunt; *feud.* 2. *tit.* 58. §. 1. In *Clericorum Feudo* pariter & pares & extranei accipiuntur: *feud* 1. *tit.* 26. *vers. in Clericorum.* III. In *Laïco* datio libelli perpetui pro parte dimidia valet; in *Ecclesiastico* non item: *feud.* 1. *tit.* 13. & *tit.* 5. *in fin. princ.* & §. 1. IV. In *Feudo*, quod ab aliquo *per Ecclesiam* detinetur, nulla facienda fidelitas; *feud.* 2. *tit.* 101. *not.* Ferrar. Montan. *de feud. cap.* 6. In

feculari, etiam ab Imperatore eſt præſtanda: *feud.* 2. *tit.* 100. V. Ob commiſſam culpam *ab Eccleſiaſtica perſona*; cui feudum in favorem Eccleſiæ fuit datum, Eccleſia feudum illud non plane, ſed ſaltem ad vitam Eccleſiaſticæ perſonæ, amittit, ea mortua ad Eccleſiam redit, *feud.* 2. *tit.* 40. Sonsbec. *part.* 4. *num.* 21.

Seculare Feudum, vel eſt *Nobile*, vel *Ignobile*, *feud.* 2. *tit.* 10. *verſ. cæteri vero. in verb. plebei nihilominus ſunt.*

Nobile eſt, quod poſſeſſorem ſuum, vel perſonam accipientis, nobilitat, vel eum qui prius erat, nobilem oſtendit. *feud.* 2. *tit.* 10. & *ibi* Alvarot. Schneidw. *de feud. part.* 1. *num.* 33. Roſenth. *c.* 2. *concl.* 3. Vult. *lib.* 1. *de feud. c.* 8. *num.* 9. Zaſ. *de feud. part.* 2. *diviſ.* 2. Sonsb. *p.* 3. *num.* 10.

Non tamen Feudum ſua natura accipientem nobilitat, ſed tum demum cum id in inveſtituræ literis contineturr. Zaſ. *d. loc.* Duaren. *de feud. cap.* 4. *num.* 8. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 7. *num.* 14. Roſenthal. *c.* 2. *concluſ.* 6.

Quæ ſi dubiæ, feudum datum nobile eſſe præſumitur, ſi quidem detur ab eo, qui nobilitandi poteſtatem habet. Niell. *diſp. feud.* 1. *theſ.* 6. *lit. c.* Vult. *d. c.* 8.

Si quis tamen antiquitus feudum nobile poſſedit, is, niſi contrarium appareat,

pro

pro nobili habetur. *feud.* 2. *tit.* 10. *verſ. cæteri.* & *ibi* Cujac.

Ignobile Feudum eſt, quod accipientem non nobilitat, quod datur à minoribus Valvaſoribus vel perſonis privatis: *feud.* 2. *tit.* 10. §. *cæteri.* Schneid. *d. p.* 1. *num.* 34. Jacob. de Belviſo, *in proœm. feud.* Roſenth. *d. loc. concl.* 4. Zaſ. *d. p.* 2.

Nobile Feudum rurſus vel eſt *Regale*, vel *Non regale*. Baro *lib.* 1. *de benef. cap.* 3. Vult. *d. cap.* 8. *num.* 10 *per feud.* 1. *tit.* 14. *in princ.* & *feud.* 2. *tit.* 34. *in princ.* Gœd. *diſp. feud.* 2. *theſ.* 5.

Regale, eſt Nobile feudum, à Principe, ſuperiorem non recognoſcente, cum regali dignitate alicui conceſſum, *feud.* 1. *tit.* 14. *feud.* 2. *tit.* 10.

Regale dicitur; quia de hoc feudo inveſtiti, ſummam & quaſi Regiam poteſtatem in iis locis quæ pertinent ad hoc feudum, habent. *ſec.* Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 1. *c.* 6. *diviſ.* 3. Schrader. *de feud. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. Exceptis iis quæ Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis reſervata ſunt, Schrad. *d. loc. num.* 5.

Regalia feuda ſunt dignitates Regni, Electoratus, Archiducatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Schrader. *de feud. p.* 2. *c.* 3. *num.* 3. Baronatus; Zaſ. *p.* 5. *num.* 29. Schenck Baro, *ad feud.* 2.

tit.

tit. 10. Jacob. de S. Georgio. *in sua investit. in verb. Dux. vers. quid. si Rex. num.* 10.

Quibus in feudis olim nemo nisi per investituram succedebat; *feud.* 1. *tit.* 14. sed consuetudine aliud est inductum. *feud. lib.* 1. *tit.* 13. *in fin.* Duaren. *de feud. cap.* 9. *num.* 14. Schenck Baro, *lib.* 1. *feud. tit.* 14. Ferrar. Montan. *lib.* 1. *de feud. cap.* 6. & *lib.* 5. *cap.* 7.

Nec ea feuda inter heredes ejusdem gradus dividuntur, sed majori natu conceduntur: *feud.* 2. *tit.* 55. §. *præterea.* & *tit.* 50. §. *paternum à.* Schenck Baro, *lib.* 1. *feud. tit.* 14. Et si de iis controversia oritur, exclusis paribus solus Princeps, etsi eum controversia concernat, cognoscit. *feud.* 2. *tit.* 18. *tit.* 34. *in princ.* Sonsbec. *in usib. feud. part.* 4. *num.* 24.

Non regale Feudum est, Feudum Nobile concessum auctoritate Summi Principis, habens dignitatem regali inferiorem annexam. *feud.* 1. *tit.* 1. *ubi* Alvarot. & *alii. feud.* 2. *tit.* 10. *vers. qui verò à Principe.* Vult. Zas. *d. loc.* Rosenth. *d. c.* 2. §. 2.

Auctoritate Principis & ii hujusmodi feuda concedere intelliguntur, quibus vel ex concessione Principis, vel ex præscriptione, jus hoc est quæsitum. Niell. *disp. feud.* 1. *th.* 7. *lit. d.*

In hoc, ut & Ignobili Feudo, Pares ju-

judicant; &, si causa Dominum concernit, is excluditur. *feud.* 2. *tit.* 18. *in princ.* & *tit.* 34. *in princ.* & *tit.* 47.

Secundo Feudum dividitur, in *Masculinum*, à maribus ortum habens, *feud.* 2. *tit.* 31. & *Fœmininum*, *feud.* 2. *tit.* 30. sive maternum, *feud.* 1. *tit.* 15. de quo mulier prima investita est. *feud.* 1. *tit.* 8. §. *feud.* 2. *tit.* 14. & 30.

In *hoc* succedunt filii & filiæ æqualiter: non in *illo*, quod habet mulier ex pacto. Multum enim interest, feudum mulier habuerit, ac feudum muliebre fuerit. Nec enim omne quod mulier habuit, muliebre est. Quod habuit ex pacto, muliebre sive fœmineum non est; Fœmineo opponitur; *feud.* 2. *tit.* 11. & proprie paternum appellatur. *juxt. lection.* Cujac. *feud.* 2. *tit.* 15.

In ejusmodi Feudo, quod ex pacto habuit, nec filius stricto jure (ex æquitate enim secus est. *feud.* 1. *tit.* 15.) nec filia, sed dominus admittitur.

Idem est, si id mulier habuerit ex privilegio: Nam privilegia Principum stricte sunt accipienda. Hattys. *in Anal. feud.* *cap.* 4. *lit.* 2.

Feuda data generi posterisque tam masculis, quam fœminis, non videntur data his, qui ex fœminis nati sunt, sicut nec immunitates. *l.* 1. *ff.* *de jure immun.* *l.* *vacatio.* *ff.* *de muner.* & *honor.* Hattys. *d. loc.*

Ter-

Tertio Feudum dividitur in *Ligium* seu homologum; Cujac. 2. *feud.* 5. & 4. *feud.* 95. & *Non Ligium. Clem. Pastoralis.* §. *rursus. vers. homoque Ligius & Vasallus.* & *ibi* Gloss. *de re jud. ubi* & Zabarell. *num.* 3. *feud.* 2. *tit.* 99. §. 1. & *tit.* 52. §. *satis bene.* Mozz. *de divis. feud. num.* 67. & *seq.* Duar. *de feud. c.* 4. *num.* 1.

Ligium est, in quo Vasallus contra omnes, nullo anteposito seu excepto, fidelitatem promittit. *feud.* 2. *tit.* 99. *d. Clem. Pastoralis.* Alvarot. *in prælud. feud. divis.* 13. Isern. *ad feud.* 2. *tit.* 7.

Ut tale feudum sit, duo requiruntur: Unum à *Domino*, id est, dante; alterum à *Vasallo*; id est, accipiente; Ab *illo*, ut is superiorem non agnoscat, not. Bald. *in prælud. feud. num.* 52. Alvarot. *in prælud. feud. d. divis.* 13. Ab *hoc*, ut non recognoscat alium, nisi eum, à quo feudum accepit. *sec.* Jas. *in prælud. feud. num.* 106. & *seq.* Menoch. *consil.* 2. *num.* 25.

Unde hujus Feudi *quatuor* præcipue sunt *singularia.* 1. *Quod in eo & Ligii hominis sacramento pœnitentia non admittatur:* not. Bald. in c. cæterum 5. de judic. Martin. Laud. in Feud. 2. tit. 1. in princ. 2. *Quod unus, ne quidem diversarum rerum respectu,* Guid. Pap. decis. 310. *possit esse duorum homo ligius:* not. Gloss. in d. Clemeut. pastoralis. §. rursus.

ſus. *Poteſt unius eſſe Vaſallus, alterius Ligius:* Roſenth. de feud. lib. 1. cap. 1. concluſ. 4. num. 3. 3. *Quod Vaſallus primum & principaliter perſonam ſuam, & conſequenter omnia bona, etiam non feudalia, poteſtati & juriſdictioni ſubjiciat:* arg. Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. Specul. tit. de feud. §. quoniam. verſ. 17. Curt. jun. de feud. p. 1. qu. 8. num. 22. cum ſeqq. Roſenth. d. p. 2. concluſ. 7. Schneidw. p. 1. num. 45.

Ut in inſtrumento inveſtituræ nominatim exprimatur, Feudum Ligium eſſe; non eſt, *ut volunt* Jaſ. Curt. jun. Ferrar. Bald. neceſſe; Cum hoc ex forma fidelitatis ſatis appareat. *not.* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 4. num. 5.* Vult. *lib. 2. feud. cap. 8. num. 22.* Roſenth. *de feud. lib. 1. num. 8.*

Non Ligium Feudum eſt, in quo Vaſallus Domino fidelitatem jurat, alio excepto, ut Imperatore, *feud. 2. tit. 55. in fin.* vel Rege, *feud. 2. tit. 7.* vel antiquiore Domino; *feud. 2. tit. 28. in fin.* patre. Cujac. *feud. 2. tit. 7.*

Datur à recognoſcente ſuperiorem. Borcholt. *de feud. cap. 4. num. 23.*

Quartò Feudum dividitur in *Antiquum*, *Vetus*, ſive *Paternum*, *feud. 1. tit. 4. §. 2. tit. 8. §. 1. & tit. 15. feud. 2. tit. 3. 12. 14. 15. 26. in princ. 30. 32. 39. 45. 46. 49. 50. 55. §. 2. tit. 77. 83. 91.*

& 93. & *Novum. feud.* 2. *tit.* 3. 11. 12. 14. 15. 16. 17. *in princ. tit.* 32. 90. & 91.

Antiquum, sive *paternum*, est, quod à patre, vel alio adscendente, usque ad quartum gradum, est acquisitum; *feud.* 2. *tit.* 8. §. 1. quod à communi agnatorum parente descendit; *feud.* 2. *tit.* 11. quod à quocunque ex superioribus profluit. *feud.* 2. *tit.* 50.

Nec hic *cum* Wesemb. *de feud. c.* 2. & *aliis.* discrimen faciendum inter Feudum *Antiquum* & *Paternum*; Quia jure novo Paternum idem est cum Antiquo, & in illo non minus, quam in hoc, in infinitum succeditur, *feud.* 1. *tit.* 1. §. 4. *in fin. junct. tit.* 7. §. 1. *feud.* 2. *tit.* 50. & propterea hæc duo passim promiscue usurpantur. *feud.* 2. *tit.* 11. §. *si vero* & *tit.* 14. 15. *vers. nunc quidem.* & *feud.* 1. *tit.* 4. §. 2. & *tit.* 12. Eguin. Baro. *in d.* §. 1. *tit.* 8. *lib.* 1. Vult. *cap.* 8. Schrad. *p.* 2. *c.* 3. *num.* 39. Rosenth. *c.* 2. *concl.* 10. Sonsbec. *part.* 3. *num.* 4.

In hoc Feudo quatuor sunt singularia: 1. *Quod in hoc succedant etiam transversales à primo descendentes*: feud. 1. tit. 8. & feud. 2. tit. 11. 50. & 95. not. Bald. in 3. Alvarot. in 6. divis. feud. 2. *Quod hoc feudum non investitura, sed tantum successione, quæritur*: feud. 1. tit. 14. 3. *Quod hoc in feudo, ad investituram probandam, exceptis fœminis, admittan-*

tur tam pares quam extranei: feud. 2. tit. 32. Curt. jun. p. 1. qu. 8. num. 6. 4. *Quod hoc feudum quidem absque consensu agnatorum in proximiorem agnatum, qui erat successurus, transferri possit*; feud. 2. tit. 39. ubi Alvarot. num. 5. Schneidw. de feud. p. 1. num. 65. & 2. Effectu, *non vero, etiam consentiente Domino, alienari*. d. feud. 2. tit. 39. d. DD. dd. loc.

Novum Feudum est, quod primo quæritur, *feud.* 2. *tit.* 32. quo quis de novo investitur, *feud.* 2. *tit.* 45. & 49. quod frater à Domino accepit, *feud.* 1. *tit.* 1. §. 2. quod frater acquisivit, *feud.* 1. *tit.* 20. sive quod initium habuit à fratribus. *feud.* 1. *tit.* 8. §. *fin.*

Hujus feudi naturam non induit feudum antiquum, ut novum concessum. Mynf. *cent.* 4. *obs.* 48. Gail. 1. *obs.* 49. Quia hic agnatorum vertitur præjudicium. Curt. jun. *p.* 1. *q.* 8. *num.* 8. *cum seqq.* Qui si consentiant, illius naturam per omnia induet. Rosenthal. *d. c.* 2. §. 18. *fac. feud.* 2. *tit.* 45 & 49.

Ut & Feudum novum, jure antiqui concessum, naturam ejus & qualitatem induit. Mynf. *d. loc.* Gail. 1. *obs.* 51. Jul. Clar. §. *Feudum q.* 8. *num.* 2. Rosenth. *d. c.* 2. *conf.* 17. Nec obstat, quod veritas & substantia rei hominum denominatione non immutetur, *l. si*

forte. ff. de castr. pec. Quia feudum novum jure antiqui concessum, saltem juris intellectu pro antiquo habetur, reipsa novum manet.

Novi Feudi quatuor sunt singularia: 1. *Quod in hoc non succedant transversales, sed tantum primi acquirentis descendentes:* Feud. 1. tit. 1. Clar. §. Feudum. qu. 79. vers. sed quæro. 2. *Quod hoc feudum, sine investitura, coram paribus*, feud. 2. *tit.* 2. *non acquiratur:* feud. 1. tit. 25. in princ. 3. *Proinde in probanda hujus feudi investitura, tantum pares Curiæ, id est, convasalli:* Curt. Jun. de feud. p. 1. qu. 8. num. 7. *recipiuntur.* feud. 2. tit. 32. 4. *Hoc feudum consensu Domini sine consensu agnatorum alienari potest.* feud. 2. tit. 39. *Filii an contradicant, nec ne, nihil refert.* Alvarot. ad tit. 39. num. 8. *Quia illis patre vivente nihil juris in feudo hoc competit.* Zas. de feud. part. 3. num. 5.

Si dubium utrum feudum sit *antiquum*, an *novum*, præsumitur potius antiquum, *feud.* 2. *tit.* 11. §. *per.* præsertim accedente possessione diutina, Alvarot. *in divis. feud. div.* 4. *per feud.* 2. *tit.* 48. Zas. *p.* 3. *num.* 7. & 8. & *p.* 12. *num.* 2 & 3. Quia novum feudum dependet à constitutione nova; & à contractu seu concessione, quæ cum sint facti, *l. consilio. ff. de curat. fur.* probari debent. *l.*

asse-

asseveratio. 10. *C. de non num. pec.* Wesemb. *de feud. cap.* 2. *num.* 8.

Dividunt etiam Interpretes *Feudum proprium*, in *Hereditarium*, quando accipienti conceditur pro se & heredibus quibuscunque, modo heredes sint acquirentis, vel eo descendentes succedant: Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 1. *cap.* 6. Jul. Clar. §. *feudum. qu.* 9. *num.* 1. Curt. Jun. *p.* 1. *qu.* 8. *num.* 19. & *Feudum ex pacto & providentia*. quando conceditur accipienti pro se & filiis sive liberis. Jul. Clar. *d. q.* 9. & *q.* 76. Ferrar. *d. lib.* 1. *c.* 6. Ad quos scilicet non hereditario, sed feudali & sanguinis jure feudum descendit. Andr. de Isernia, *l.* 2. *Feud. tit.* 39. Quæ divisio, à Pileo & Bulgaro excogitata, *teste* Isernia, *lib.* 1. *Feud. tit.* 8. §. *hoc quoque*. Jure Feudorum est ignota; Hartm. Pistor. *lib.* 2. *qu. patr.* 1. *q.* 1. *num.* 99. retinenda tamen: quia est recepta; quia Jus Feudale usu natum est, & constat. Arum. *disp. feud.* 2. *thes.* 52. *in fin.*

Feudum Improprium (quod alterum summæ divisionis membrum constituit) est, quod non habet propriam feudi naturam: *feud.* 2. *tit.* 8. unde degenerans vocatur. Wesemb. *de feud. c.* 2. *num.* 1.

Receditur à propria feudi natura, vel *alio jure feudorum*, vel *pacto. feud. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 38.

Jure, in Feudo de Camera, & in feudo de Cavena. *feud. 2. tit. 1. §. ult.*

Illud est stipendium Vasallo à Domino ex ærario suo; *Hoc* ex cellario concessum. Vult. *d. cap.* 8. Cujac. *feud. 2. tit. 2.*

Est enim *Camera* conclave in quo pecunia servatur. *Cavena* locus in quo frumentum, vinum, oleum, & similia servantur, horreum seu penuarium. Hotom. *in Lexico. verb. Cavena, & Camera. vid.* Rosenth. *c. 2. d. §. 30.* Zas. *de feud. part. 4. num.* 8.

Utrumque, etiam *Feudum in Curte*; id est, domo vel curia Domini, dicitur: *feud. 1. tit. 5. §. pen.* Utrumque etiam feudum *Rectum* appellatur; *Feudorum 2. tit. 2. §. si vero.* non quod sint propria (sunt enim, cum morte dantis vel accipientis finiantur, *feud. 2. tit.* 10. Cujac. *feud. 1. tit. 1. §. item illud.* impropria.) sed quod Vasallus juret, se recte & juste possidere: *fac. feud. 2. tit.* 39. 83. & 91. Utrumque non debetur, nisi deducto ære alieno, citra Domini culpam, etiam levem; *arg. l. 5. §. 2. ff. commod. contracto. feud. 2. tit.* 58. Rosenth. *d. c. 2. §.* 31. Schrader. *part. 2. c. 3. num.* 58. *cum mult. seqq. & num.* 89.

Utrumque illud feudum rursus vel est *Gratuitum*; quod concessum est sub mera conditione fidei, nullo onere ei adjecto: Vult. *d. cap.* 8. vel *Officiosum*; in quo,

ra-

ratione officii alicujus, vasallo merces aliqua præstatur.

Gratuitum Feudum est, Feudum *Soldatæ*, & Feudum *Habitationis. feud. 2. tit. 75.*

Illud definitur, præstatio quædam annua, gratuita, in solidorum plerumque donatione consistens. *feud. 2. tit. 10. in fin.*

Morte dantis & accipientis finitur. *d. feud. 2. tit. 10. in fin.*

Hoc est, præstatio gratuita, cujus vi domum vel arcem aliquam Vasallus inhabitare potest. *feud. 2. tit. 75. tit. 105.*

Transit ad heredes dantis, non heredes accipientis; *sec.* Jason. *in prælud. feud. num. 50.* Thom. de Marin. *de gener. & qualit. feud. tit. 22. num. 2.* Nisi aliud specialiter sit cautum. *feud. 2. tit. 105.*

Officiosum Feudum est aut *Nominatum*; ut Feudum *Guardiæ*, & Feudum *Gastaldiæ*, Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 1.* aut *Innominatum*; quod certo nomine jure Feudorum non est insignitum; ut Feudum *Mercedis*. Vult. *d. loc. num. 17. §. Innominatum.*

Feudum Guardiæ est, quod alicui arcis tuendæ, vel territorii custodiendi, gratia conceditur. *not.* Dd. *in feud. 1. tit. 2.*

Feudum Gastaldiæ est, quod illi, qui

res vel negotia alicujus gerit, vel procurat, pro cura aut sollicitudine ejus conceditur. Schrad. *sec.* Gloss. & Dd. *in not. feud.* 1. *tit.* 2. *vide* Rosenth. *d. c.* 2. §. 32. Vult. *d. c.* 8.

Feudum Mercedis est, quod alicui pro mercede alicujus rei, *feud.* 1. *tit.* 2. ut Advocatiæ, defensionis; Cujac. *feud. tit.* 1. tribuitur.

Hæc feuda Officiosa, nisi aliud pacto convenerit, *feud.* 1. *tit.* 2. annua sunt: *feud.* 1. *tit.* 11. *ubi* Dd. Ante à Domino revocari nequeunt. Nisi vasalli officiis suis non fungantur. *not.* Bald. Alvarot. Præposit. & Frid. Baro Limpurg. *feud.* 1. *tit.* 2.

Pacto à propria Feudi natura receditur, in feudo fœminæ concesso; *feud.* 2. *tit.* 23. *circa fin.* In Feudo, ea lege alicui dato, ut ipse habeat, & sui heredes, & quibus ipse dederit: *feud.* 2. *tit.* 48. In eo quod pretio interveniente comparatur; *feud.* 2. *tit.* 23. §. *ult.* & *feud.* 1. *tit.* 14. & Zas. *de feud. part.* 12. *num.* 23. & 24. In eo, cujus nomine Vasallus Domino, certam pensionem solvit: Thom. Marin. *de gener. feud. tit.* 19. §. *num.* 11. In eo cujus, volente Domino, possessionem, citra ullam solennitatem, occupavit Vasallus: *feud.* 2. *tit.* 6. *ubi not.* Zas. *d. p.* 12. *num.* 38. Mozz. *de divis. feud. num.* 37 & 77. Vult.

de

de feud. lib. 1. *cap.* 8. *num.* 41. In eo, in quo fidelitatis juramentum remittitur: Curt. Jun. *de feud. part.* 1. *qu.* 6. *num.* 7. Zaſ. *d. p.* 12. *num.* 34. Schrad. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 18. In eo, in quo, ut certum & determinatum officium præſtetur, convenit: *Feud.* 2. *tit.* 23. §. *fin. tit.* 24. §. 2. *verſ. ſed non eſt alia.* & *tit.* 28. §. *at hoc quandocunque.* In *franco*, in quo, ut nullum præſtetur ſervitium, convenit. *feud.* 2. *tit.* 23. *in fin.* Curt. Jun. *d. p.* 1. *qu.* 8. *num.* 27. Ferrar. Montan. *lib.* 1. *cap.* 6. Schrader. *d. p.* 2. *c.* 4. *n.* 6.

Sed omnia & ſingula *impropria Feuda* in iis tantum propriam Feudi naturam non ſequuntur, in quibus ea expreſſe non eſt mutata; in reliquis eam retinent. *not.* Dd. *feud.* 2. *tit.* 48.

Tit. IV.

De his qui Feudum dare poſſunt.

EXpoſita & Feudi *definitione* & *diviſionibus*, diſpiciendum eſt, *quibuſnam Feudum conferre liceat.*

Antiquitus nemo feudum dare poterat; niſi qui Magiſtratus creandi, aut bellum gerendi, poteſtatem habebat: Alvarot. *Feud. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. Hodie *omnes rerum ſuarum domini* regulariter feuda concedere poſſunt. Quia regulariter cuique rei ſuæ adminiſtratio eſt

permissa. *l. sed & si lege.* 25. §. *consuluit. ff. de petit. hered. l. in re mandata.* 21. C. *mandat.* Vult. *de feud. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 8.

Proinde *feuda dare possunt*, tam *personæ Ecclesiastica*; *feud.* 1, *tit.* 1. *tit.* 6. *tit.* 9. *tit.* 25. quæ rerum Ecclesiasticarum liberam habent administrationem; *feud.* 2. *tit.* 35. quam *Laica* seu *Seculares*; *feud.* 1. *tit.* 25. *tit.* 1. quæ liberam bonorum suorum habent administrationem, *feud.* 2. *tit.* 3. *in fin. princ.* Intrigliol. *qu. feud.* 53. *num.* 9.

Ex *Ecclesiasticis personis* feuda dare possunt, & quæ in *supremo*, & quæ in *medio*, & quæ in *infimo gradu* sunt constitutæ.

In *Supremo gradu* est Pontifex; *c. Pontifices.* 3. *in princ.* 12. *qu.* 3. *c. ad Romanam.* 6. *qu.* 6. *c. cleros. dist.* 12. qui non tantum propria bona in feuda dare potest, ut quivis Clericus; *feud.* 2. *tit.* 35. sed & res Ecclesiarum, etiam non infeudari solitas; *ut not. feud.* 1. *tit.* 1. Bald. *num.* 2. Præposit. *num.* 9. Afflict. *num.* 6. Curt. Jun. *de feud. part.* 1. *qu.* 11. Zas. *de feud. part.* 5. *num.* 3. & 44. imo & Ecclesiasticas Præfecturas seu dignitates. *c. ad apostolicæ.* 2. *de sent. & re judic. in* 6. & *can. si quis. deinceps* 16. *qu.* 7. Quia in potestate & jurisdictione cum omni Prælato concurrit; *sec.* Bald. *lib.* 1. *feud. tit.* 1. *num.* 2. Jas. *ibid. num.* 4.

& quia omnium Ecclesiarum est Dominus. *sec.* Matth. de Afflict. *d. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 16. & Præposit. *ibid. num.* 9. Nec refert, ejus nullam fieri mentionem *in d. feud.* 1. *tit.* 1. Quia appellatione Episcopi comprehenditur. *c. in tantum. dist.* 12.

In *medio gradu* sunt, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi; & omnes rectè infeudant. Dd. *ad feud.* 1. *tit.* 1. Borcholt. *de feud. cap.* 5. *num.* 6. Intrigliol. *quæst. feud.* 53. *num.* 77. Mozz. *cap. de his qui feud. dar. poss. num.* 4.

In *infimo gradu* sunt, Abbas, Abbatissa, Præpositus; & non minus ac illi qui in medio gradu, recte feuda conferunt: *feud.* 1. *tit.* 1. non tantum *antiqua* ob mortem vel culpam vasalli ad se reversa: *feud.* 2. *tit.* 35. etiam sine consensu Capituli, *c. ult. Ext. de Feud.* nisi ad illud etiam feudi concessio pertineat: Fachin. *Controv. lib.* 7. *tit.* 66. sed & *nova*; sed de rebus propriis; *feud.* 2. *tit.* 35. & *ibi* Matth. de Afflict. & Jas. *feud.* 1. *tit.* 1. *num.* 21. utpote in quibus jure Communi utuntur; *sec.* Gloss. *in c. Possessiones.* 16. *qu.* 4. Matth. de Afflict. *feud.* 2. *tit.* 35. *num.* 15. Schrader. *de feud. part.* 4. *c.* 2. *num.* 1 & 2. non de rebus Ecclesiæ. *feud.* 1. *tit.* 6.

Antiqua cum feuda conferunt, debent id facere eisdem conditionibus,

 qui-

quibus antiquitus dari consueverunt. *feud.* 1. *tit.* 1. *feud.* 2. *tit.* 34.

Seculares sive *Laïci* qui feuda dare possunt, vel hoc faciunt *ratione alicujus superioritatis*; vel *nullius*.

Superioritatis tres sunt gradus; *Summus*, *Medius*, *Inferior*.

In *summo gradu* sunt Imperator, seu Princeps Romanus; *l. Princeps. ff. de legib. l. Imperator. ff. de in diem addict. junct. feud.* 2. *tit.* 10. & Rex; superiorem non recognoscentes: qui soli feuda regalia, ut sunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, concedere possunt. *feud.* 1. *tit.* 14. Marc. Ant. Cont. *feud.* 1. *tit.* 1. *princ. & vers. quod de Imperatore.* Schrader. *part.* 4. *c.* 1. *num.* 2. 3. 44 & 45. Intrigliol. *quæst. feud.* 53. *num.* 199. Zas. *part.* 5. Andr. de Isernia. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 1. *pec. c. scitote* 6. *qu.* 6.

In *medio gradu* sunt Dux, qui aliquo Ducatu, *feud.* 2. *tit.* 10. *in princ.* Marchio, qui de Marchia, *feud.* 2. *tit.* 10. Comes, qui de aliquo Comitatu, est investitus; *feud.* 2. *d. tit.* 10. qui olim Regni & Regis Valvasores dicebantur: *Feud.* 1. *tit.* 1. & *ibi Gloss.* proprie autem Capitanei Regni appellantur. Alvar. *Feud.* 1. *tit.* 14. §. *si Capitanei.*

In *inferiore gradu* sunt Valvasores majores; *feud.* 1. *tit.* 7. & *tit.* 17. sic dicti à Valvis, quod ad valvas Dominorum

rum custodiæ & reverentiæ causa stant; *sec.* Andr. de Isernia. *ad feud. lib.* 1. *tit.* 1. & Zas. *part.* 5. *num.* 12. Dicuntur &, sed improprie, Capitanei; Cujac. *feud. lib.* 1. *tit.* 10. Baldus hos Barones vocat. *feud.* 1. *tit.* 1. *num.* 6. Sunt nobiles eminentiores. *ut not.* Zas. *part.* 5. *num.* 15. A Ducibus, Marchionibus, Comitibus feuda accipiunt, & per se quoque aliis feuda dare possunt. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 1. *in fin.*

Nullius superioritatis ratione Feuda conferunt Valvasores minores; qui etiam minimi: *feud.* 1. *tit.* 5. & *tit.* 16. vel Valvasini: *feud.* 2. *tit.* 10. Sunt nobiles nudum nobilitatis nomen habentes. Obrecht. *disp. feud.* 3. *thes.* 119.

Olim Feudum proprium non habebant, quoniam mors Valvasoris majoris, à quo feudum acceperant, si quidem sine legitimis heredibus decessisset, feudum majori Valvasori aperiebat, à quo etiam quandocunque volebat, certis casibus exceptis, auferri poterat; *feud.* 1. *tit.* 1. *in fin.* Sed in Curia Mediolanensi, idem jus in Valvasinis, quod in Valvasoribus, servabatur. Cujac. *feud.* 4. *tit.* 38. *dict. tit.* 1. *in fine.*

Possunt & bona sua allodialia plebeii & alii ignobiles, *feud.* 2. *tit.* 3. Haneton. *feud.* 1. *tit.* 5. Duar. *c.* 6. proinde & rustici, in feudum concedere. Bald.

Alvarot. & alii Dd. *in feud.* 1. *tit.* 1. Sonsbec. *part.* 6. *num.* 15. Wesemb. *c.* 4. *num.* 4. Zas. *part.* 2. *num.* 31. Quoniam quilibet rei suæ moderator & arbiter est. *l. in re mandata.* 21. *C. mand.* Et iniquum esset, hominibus egenis liberam de rebus suis disponendi facultatem non concedi. *l.* 2. *in fin. ff. si quis à parent. man.*

Contrarium tenent Loriott. *in comm. feud. tit. hoc. in vers. Marchio.* Duar. *de feud. cap.* 6. *num.* 9. Primò, Quia, *Feudorum lib.* 1. *tit.* 1. de personis dignitate præditis agitur. Secundò, Quia Dominus in Vasallum jurisdictionem exercet. *feud.* 2. *tit.* 15. Utrumque in rusticum non cadit.

Verum hac de re loci consuetudo servanda est. Arum. *disp. feud.* 3. *thes.* 3. Obrecht. *d. disp. feud.* 3. *thes.* 127. Est enim optima Juris controversi interpres. *l.* 37. *ff. de legib. sac. l.* 13. *ff. de pollicit.*

Fœminæ, cum liberam rerum suarum habeant administrationem & donare possint, *l. donationes.* 31. §. 1. *ff. de donat.* non tantum possunt bona sibi ab aliis concessa infeudare; sed & in allodialibus & propriis nova feuda concedere; *feud.* 2. *tit.* 3. §. 1. *vers. fœminam*: & sic instar virorum infeudantium, jurisdictionem in Vasallos, & cæteras prærogativas, consequi. *sec.* Bald. Alvarot. Præpos. Frid. Schenck

Lim-

Limburch. *feud.* 2. *d. tit.* 3. §. 1. *vers. fœminam.* 1. Nisi impudice ac luxuriose vivant, bonaque sua dilapident; *arg. l. mulieri.* 15. *ff. de curat. fur.* Zas. *de feud. part.* 5. *num.* 33. Mozz. *de his qui feud. dar. poss. num.* 25. Schrader. *de feud. part.* 4. *c.* 1. *num.* 39. Vult. *de feud. c.* 3. *num.* 9. Furere enim intelliguntur: Menoch. *de arbitr. jud. quæstion. lib.* 2. *cas.* 328. *num.* 5 & 6. 2. Nisi ex forma statuti alienare prohibeantur. *feud.* 2. *tit.* 3. *in princ.* Schneidw. *de feud. p.* 3. *num.* 74.

Dant autem feuda dictæ personæ non tantum per *semetipsos*; verum & per *alios*; ut per *procuratores*, *feud.* 2. *tit.* 3. §. *sed utrum. tutores* & *curatores. Feud.* 2. *tit.* 3. *in princ.*

Per *illos* feuda etiam nova, si quidem specialem vel plenam habent administrationem; Præpos. Matth. de Afflict. *in d.* §. *sed utrum. arg. l.* 7. *ff. de donat.* Wesemb. *cap.* 4. *num.* 8. Schneidw. *c.* 3. *num.* 87. & *seq.* Schrader. *c.* 1. *num.* 69. *cum seqq.* sin generalem, tantum antiqua renovare, *d. feud.* 2. *tit.* 3. §. *sed utrum.* non nova dare, possunt. Duar. *c.* 6. *num.* 12. Schneidw. *d. loco.* Alvarot. *lib.* 1. *feud. tit.* 1. *in princ. num.* 12.

Per *hos* non nova feuda, nisi Judicis interveniat decretum. Zas. *part.* 5. &

Dd,

Dd. *in feud. lib.* 1. *tit.* 1. Hanet. *lib.* 1. *cap.* 5. Duar. *cap.* 6. *num.* 12. aut sint Principes; Wesemb. *de feud. c.* 4. *num.* 6. Rosenth. *cap.* 2. *concl.* 7. Vult. *d. cap.* 3. sed antiqua, licet pupilli, vel minores y absentes sint. Zas. *d. p.* 5. *arg. l. magis puto.* §. *pater. ff. de reb. eor.* &c. Aut. *quibuscunque. C. de SS. Eccl.* Schneidw. *c.* 3. *num.* 86. Borcholt. *c.* 5. *num.* 43. Ferrar. Mont. *de feud. lib.* 2. *cap.* 1. *circa fin.*

TIT. V.

De his qui Feudum accipere possunt.

HActenus de iis qui Feuda dare ac constituere possunt: restat tractare de *iis qui ea accipere possunt.* Non enim sufficit scire, qui feuda dare possunt, nisi etiam sciamus, qui & accipere possunt. Est enim inter dantes & accipientes mutua relatio.

Antiquitus nemo Feudorum capax existimabatur, nisi vel Magistratui gerendo idoneus esset, vel belli muneribus explendis aptus. Feuda enim apud Veteres nihil, quam officia Magistratuum, & jura, contemplatione belli constituta, erant.

Hodie indifferenter *omnes* accipere possunt, *qui & concedere:* Mozz. *c.* 3. *num.* 27. *vers. videamus.* Hartm. *obs. feud.*

feud. 1. *num.* 1. Vult. *c.* 4. *num.* 4. nullâ *sexus*, *ætatis*, *status*, *qualitatis*, *ordinis*, habitâ ratione.

Non *sexus*; Nam non tantum *maris*; ut olim, *feud.* 1. *tit.* 1. §. *hoc autem.* quia servitia militaria, ob quæ feuda dabantur, obire tantum poterant: Gloss. *in d.* §. *hoc autem.* Borch. *c.* 1. *n.* 10. Bald. *in l. fin. num.* 1 & 7. *C. de suis & legit.* Vult. *lib.* 1. *de Feud. c.* 4. *num.* 3. sed & *fœminæ* hodie feuda accipere possunt. *feud.* 1. *tit.* 8. §. *ult.* & *feud.* 2. *tit.* 17. & *tit.* 30. Sonsbec. *part.* 7. *num.* 17. Borch. *c.* 5. *num.* 44. Wesemb. *c.* 5. *num.* 5. Haneton. *lib.* 1. *cap.* 6. Zas. *part.* 5. Vult. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. Idque in casibus, in quibus ad fœminas feuda extenduntur. *d. feud. lib.* 1. *tit.* 1. §. *hoc autem. Feud.* 1. *tit.* 8. §. *filia.* De novis à Dominis, licet sint religiosæ, Curt. Jun. *de feud. part.* 3. *qu.* 10. *num.* 16. investiri possunt. *feud.* 1. *tit.* 24. Licet enim cuique res suas, in quem velit, transferre; *l. de re mandata.* 21. *C. mand.* proinde & Dominis Feuda fœminis concedere. Quibus ut per substitutum feudalia servitia præstare possint, gratiam fecisse censentur. *dd. loc.*

Hermaphroditus etiam de feudo investiri potest, idque secundum sexum qui in eo prævalet. *arg. l. quæritur.* 10. *ff. de statu hom.* Nam ex eo, vel pro viro, vel

vel pro muliere, habetur. *d. l. quæritur.* 10. & *l. repetundarum.* 15. *ff. de testib.* vid. Bald. *in l. ult. C. de suis & legit.*

Non *ætatis*; Tam enim *impuberes*, *minores*, quam *majores*, feuda accipere possunt. De *majore* nullum dubium, nisi aliud obstet: de *impubere* est distinguendum. Aut enim *infantiam est egressus*, & tum, etiam sine tutore, investiri potest. Quoad enim adquirendum, eo non indiget. *l. pupillus. ff. de acq. rer. dom.* Juramentum tamen quod præstandum, in ætatem perfectam differet: *feud.* 2. *tit.* 26 & 12. servitia per alium, puta tutorem, procuratorem, *feud.* 2. *tit.* 55. §. 1. præstabit: *feud.* 2. *tit.* 100. Zas. *part.* 5. Jacob. de Belvis. Alvarot. Mart. Laud. Præpos. *in feud.* 2. *tit.* 3. §. *personam.* Wesemb. *cap.* 5. *num.* 5. Haneton. *lib.* 1. *de Feud. c.* 6. *num.* 4. Aut *infans* est, & tum sine tutoris auctoritate & consensu acquirere non potest, quia non intelligit quid agit. Zas. *p.* 5. *num.* 2. Alvarot. *ad §. personam. num.* 4. Sonsbec. *part.* 7. *num.* 16. Rosenth. *c.* 3. *conclus.* 4. Schrader. *part.* 4. *c.* 3. *num.* 4. *Pubes*, sive *minor*, per se feudum acquirere potest. Nusquam enim prohibetur. Ergo. *d. feud.* 2. *tit.* 3. §. *personam.* Nec obstat quod Domino obligatur, obligari autem sine curatore nequeat, *l.* 3. *C. de in int. rest.* Quoniam

per

per juramentum fidelitatis obligatur; *Feud.* 2. *tit.* 7 & 38. §. *sacramentum.* Juramento autem etiam sine Curatore obstringitur. *Auth. sacramenta. C. si advers. vendit. feud.* 2. *tit.* 55. §. *praeterea.* Hanet. 1. *feud.* 1. 6. *num.* 4. Vult. *d. c.* 4. *in princ.* Arum. *disp. feud.* 3. *th.* 35. Diss. Sonsbec. *part.* 7. *num.* 17.

Non *statu* habita ratione; sive enim *liber* sit, sive *servus*, parum refert; hic enim feudum, ejusque actionem, domino acquirit. *feud.* 2. *tit.* 3. Cujac. *feud.* 2. *tit.* 4.

Dominus tamen qui servum suum de Feudo scienter investiit, hoc ipso libertatem ei dedisse creditur. Haneton, *lib.* 1. *cap.* 6. *arg. l. super servis* 6. *C. qui milit. poss. lib.* 12. Eoque nomine concessum feudum servo libertate donato acquiretur. *l. cum filiofam.* 11. *ff. de legat.* 1.

Ut & eo casu, quo servus alienus, Domino sciente & patiente, ab alio de Feudo ea conditione est investitus, ut Feudum concessum ei acquiratur. Haneton. *d. loc.*

Sane si quis errore ductus, eum servum, quem liberum aut libertum esse credebat, de Feudo investierit, ratione erroris, qui consensum concedentis excludit. *l. si per errorem.* 15. *ff. de jurisdict.* talis investitura nulla erit. *feud.* 2. *tit.* 3. §. *in personam.*

Li-

Liber Feudum accipiens, an sit *sui* an *alieni juris*, nihil refert. Nam & filio-familias feudum, præter quam à patre (Donatio enim, maxime rei immobilis, (in qua feudum constitui debet) inter patrem & filium est prohibita, *l.* 1. §. 1. *ff. pro donat. l.* 4. *in fin. C. fam. ercisc. l.* 1. *in fin. C. de castr. pec. milit.* Niell. *disp. feud.* 2. *thes.* 5. *lit. c.*) recte, adjecta conditione, ne patri acquiratur usufructus, *arg. Auth. excipitur C. de bon. quæ liber.* Haneton. *d. loc. num.* 3. dari potest. Zas. *part.* 5. Roland. à Valle, *cons.* 71. Borch. *c.* 5. *num.* 46. Intrigliol. *qu. feud.* 54. *num.* 47. Schneidw. *part.* 3. *num.* 98. Vult. *c.* 4. *num.* 8. Licet etiam investiens erraverit, putans eum sui juris esse. Vult. *d. c.* 4. *num.* 8. Mozz. *de his qui feud. dar. poss. num.* 33. Andr. de Isernia. *in d.* §. *personam.* Sonsbec. *part.* 7. *num.* 7.

Nec patri, ut volunt Sonsbec. *part.* 7. *num.* 8. 11. Jacob. de Belvis. *ut inquit* Bald. *in l. cum oportet. C. de bon. que lib.* Curt. Jun. *part.* 3. *num.* 2. Mozz. *de nat. feud. num.* 49. usufructus feudi per filium acquiritur; cum quia feuda non censentur jure reliquorum bonorum, sed ejus naturæ sunt, ut ad adscendentes non transeant: *feud.* 2. *tit.* 50. tum etiam quia feuda jure peculii castrensis censentur; ob militiam enim servitia

dan-

dantur. At castrensis peculii usumfructum pater non habet. *l. 6. C. de bon. quæ liber.* Ergo nec Feudi. *vid.* Andr. de Isern. *d. loc.* Matth. de Afflict. & Præpos. *ad feud. 2. tit.* 18. Schrad. *part.* 7. *c.* 6. *num.* 6.

Nec *qualitatis* habetur ratio; nam furor, dementia, cæcitas, & similes defectus, impediunt quidem regulariter in feudo succedere; *feud. 2. tit.* 36. non tamen novum acquirere. Alvarot. Præpos. *in feud. 1. tit.* 6. Dominus enim sciens defectum, Vasallo eam videtur gratiam facere, ut, si per se commodè servire non possit, per substitutum serviat. Haneton. *d. c. num.* 5.

Nihil quoque interest, accipiens sit *nobilis*, an *ignobilis*, *superior*, *par*, vel *inferior*. Sonsbec. *part.* 7. *num.* 1. Schrader. *part.* 4. *c.* 3. *num.* 11. Adeo ut ipse Imperator, ab aliis qui se inferiores sunt, feudum recognoscere possit: atque hoc casu his & fidelitatis juramentum præstare, & per substitutum servire, obstrictus sit. *feud. 2. tit.* 100. Schrader. *p. 4. c. 3. num.* 11. & *seq.* Zas. *p.* 5. *num.* 73.

Nec habetur ulla *ordinis* distinctio; nihil enim refert, is, cui feudum conceditur, *Laïcus* sit, an *Clericus*; *Feud. 2. tit.* 40. *c. cæterum. de judic. c. ex transmissa. Ext. de foro comp.* accipiat hic Ecclesiæ

ſiæ ſuæ nomine, modo tum ei non ſit onerosum; *Feud.* 2. *tit.* 40. Haneton. *d. c.* 6. *num.* 6. an proprio: *d. tit.* 40. §. *fin.* dum tamen per ſubſtitutum, Præpoſ. *in d.* §. *fin.* Andr. de Iſern. & Alvarot. *in feud.* 2. *tit.* 30. non in propria perſona, ſervitia, ne ea eum à divinis miniſteriis avocent, præſtet. *Gl. fin. in feud.* 2. *d. tit.* 30.

Et tum poteſt clericus, ratione feudi coram feudi Domino, licet Laïco, conveniri, Bald. *ad feud.* 2. *tit.* 16. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 20. Jaſ. *in prælud. feud.* Gail. 1. *obſ.* 37. *num.* 3. Mynſ. 1. *obſ.* 22. Jul. Clar. §. *Feudum. quæſt.* 90.

Dictis non obſtat, *feud.* 2. *tit.* 26. §. *qui clericus.* & *tit.* 30 & 36. *in fin.* Quia *dd. cc.* de feudo antiquo intelligenda. Feudum novum à Domino volente Clericus accipere poteſt; *d. c. ex tranſmiſſa.* Antiquum, ſi vitæ religioſæ ſe dedat, retinere non poteſt. Deſinit enim eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti. *feud.* 2. *tit.* 21. *feud.* 2. *tit.* 26. §. *qui clericus.* Hartm. Piſtor. *lib.* 4. *quæſt. part.* 2. *qu.* 33. *num.* 27.

Accipiunt feuda dicti omnes non tantum per ſe, ſed & per alium; puta procuratorem. *Feud.* 2. *tit.* 3. §. 1. *verſ. ſed utrum.* & *ibi* Præpoſit. *num.* 2. Matth. de Afflict. *n.* 6. Sonsbec. *part.* 7. *num.* 24. *in fin.* Intrigliol. *quæſt. feud.* 34. *num.* 66.

In

In summa, omnes Feudum accipere possunt, quibus hoc nominatim non est prohibitum. *de feud.* 2. *tit.* 3. *vers. personam.* & *tit.* 26. §. *si minori.*

Prohibitum est hæreticis, *l. si quis.* 10. *l. Manichæos. Auth. Gazaros. Auth. Credentes.* & *ibi* Dd. *C. de hæret.* & *Manich. c. ult. c.* 14. *Ext. de hæret.* excommunicatione majori excommunicatis, Rosenth. *cap.* 3. *concl.* 9. Vult. *cap.* 4. *num.* 12. *Feud.* 1. *tit.* 28. *in princ.* Sylvan. *de recogn. feud. qu.* 10. Borcholt. *cap.* 5. *num.* 53. publio crimine damnatis, *l. fin. C. ad l. Jul. Majest. l. post contractum.* 15. *ff. de donat. l. si quis posthac. C. de bon. proscript.* Rosenth. *cap.* 3. *concl.* 9. Vult. *cap.* 4. *num.* 12. usurariis, Sylvan. *de feud. recognit. quæst.* 100 & 104. *per l.* 2. *C. de dignit.* turpibus & infamibus. Sylvan. *d. loc.* Blanc. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. *per l. fratres.* 27. *C. de inoff. test.* si sint feuda dignitatem annexam habentia: Schrader. *p.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. *in fin.* Rosenthal. *cap.* 3. *concl.* 9. ex incestuoso & nefario concubitu natis. *l. si quis incesti.* 6. *C. de incest. nupt.* & *ibi* Dd. Sylvan. *quæst.* 103. *num.* 5. Rosenthal. *c.* 3. *concl.* 8. Blanc. *c.* 5. *num.* 11. Vult. *c.* 4. *num.* 12.

Spuriis, cum infames non sint, (nuspiam enim inter Infames numerantur, *tot. tit. ff.* & *C. de his qui not. inf.* nuspiam

à te-

à testimonio ferendo repelluntur; Capyt. *decis.* 21. *num.* 7. in Decurionum ordinem, ad quem Plebeiis adscendere non licet, *l. honores.* §. 15. *qui. ff. de decurion.* legi non vetantur; *l. spurii. ff. eod.* milites esse non prohibentur.) feudum novum recte conceditur. Capyt. *d. loc.* Palæott. *tract. de noth. & spuriis, cap.* 55. *num.* 14. Bald. *in l. eam quæ.* 14. *C. de fideicommiss.* & Matth. de Afflict. *feud.* 3. *tit.* 4. §. *naturales filii. num.* 18.

LIBER SECUNDUS.

TIT. I.

De rebus quæ in Feudum dantur.

PErsonarum tractatione præcedenti libro absoluta, sequitur *Rerum* consideratio. *Res* sunt vel *corporales* vel *incorporales. l.* 1. *ff. de rer. divis.*

Corporales dicuntur, quarum certum est corpus, & certa substantia, ita ut videri & tangi, *d. l.* 1. tradi & possideri, *l.* 3. *ff. de acq. vel amit. poss.* possint: ut sunt individua, quæ sola sub sensus cadunt.

Hæ vel sunt *mobiles*, vel *immobiles*: *l.* 1. *ff.*

1. ff. de rei vend. l. 1. in princ. ff. de Ædil. Edict. l. pen. in princ. ff. de jur. dot.

Mobiles ſunt, quæ de loco in locum moveri poſſunt; idque vel *à ſe*, & dicuntur animales, *dict. l. 1. §. 1. ff. de rei vind.* alibi mobiles, eo quod ſe moveant; *l. moventium. 93. ff. de verb. ſignif.* moventibus opponuntur, *l. 2. ff. de ſupellect. leg.* earumque appellatione, excepto ſervo, omnia animalia comprehenduntur: *l. 3. §. Nerva. 13. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* vel *ab alio*, ut inanimales, id eſt, quæ anima carent. *d. l. 1. §. 1.* alibi moventes appellantur, *d. l. moventium. 93.* & mobilibus atque immobilibus conjunguntur; *l. 30. C. de jur. dot. l. un. §. cum autem. 7. C. de rei uxor. act. l. 2 & 3. C. de quadr. præſcript.* quarum appellatione veniunt, fructus, *l. ult. §. 2. ff. de requir. reis.* ſupellex. *d. l. 2 ff. de ſupell. leg.*

Immobiles res ſunt, quæ moveri non poſſunt (unde etiam immobilium poſſeſſor non ſatisdat. *l. 15. ff. qui ſatisd. cog.*) ut ſunt res ſoli, puta *fundus*; *l. 1. §. 3. ff. de vi & vi arm.* quæque ſolo cohærent; ut *ædificium*: *d. l. 1. § 4.* vel immobilibus annumerantur, veluti, *ſalaria, ſtipendia, ſportulæ*, &c. *de quib. in l. 14. C. de SS. Eccleſ. & Novel. 7.*

Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt, *§. 2. Inſt. de reb. corp. & incorp.* nec

 tra-

tradi, *l. servus.* 43. §. 1. *ff. acquir. rer. dom.* nec possideri, *l.* 4. §. *si viam.* 27. *ff. de usucap. & usurpat.* nec usucapi. *l. servitutes.* 14. *ff. de servitut.*

Res immobiles sive soli, tam *universales*, ut *territoria*; quam *singulares*: ut, *feudi*, *agri*; regulariter in Feudum dari possunt. *feud.* 2. *tit.* 1. §. *fin.* Quia Feudum est ususfructus, in perpetuum alicui datus; at istæ res sunt perpetuæ, & in iis proprie usufructus constitui potest. *l.* 1. & *tot. tit. ff. de usufr.* Schrader. *de feud. part.* 3. *c.* 2. *num.* 1.

Territorio simpliciter in Feudum dato, etiam ea quæ territorio cohærent, data intelliguntur; ut sunt, *jurisdictio*, & *alia jura*, *atque emolumenta*, quæ concedenti in territorio competierunt. *Decian. cons.* 123. *num.* 17. *cum seqq. vel.* 3. Quia cum hæc territorio insint, atque cohæreant, cum eo concessa intelliguntur. *Accessorium enim sequitur suum principale. cap. accessorium.* 42. *de reg. jur. in* 6.

Territorio cum pertinentiis alicui in Feudum concesso, omne jus, quomodocunque competens, tam præsens, quam futurum, concessum intelligitur. Quia hoc omne jus, pertinentiarum verbum comprehendit. *l. verbum illud pertinere.* 181. *ff. de verborum signif.* Decian. *cons.* 123. *num.* 8. Paris. *cons.* 58. *num.* 44. *vol.* 3. Obrecht. *disp. feud.* 5. *thes.* 129. & 130.

Fun-

Fundo vel *agro in feudum dato*, non tantum fructus pendentes, vel ſtantes, dati intelliguntur; Zaſ. *de feud. p. 4. num.* 4. (Quia pars fundi vel agri eſſe videntur: *l. fructus.* 44. *ff. de rei vind.*) ſed & ædificia, ſervitutes fundo debitæ, venationes, piſcationes, & ea quæ perpetui uſus cauſa in fundo ſunt, & quæ ad ejus inſtructionem pertinent; ut *equi, boves*, &c. conceſſa intelliguntur. Sonsbec. *part.* 8. *num.* 20. Matth. de Afflict. *feud.* 2. *tit.* 1. §. *ſecundum.* Weſemb. *de feud. cap.* 7. Schrader. *de feud. p.* 3. *c.* 4. *num.* 3. Jacob. de S. Georgio, *in inveſt. feud. in verb. & in conventionibus. item in verb. cum piſcatoribus.* Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. Andr. de Iſernia. & Matth. de Afflict. *feud.* 2. *tit.* 56. *verſ. plauſtrorum.* Quia hæc omnia & partim fundo cohærent, & partim ad eum pertinent. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *cap.* 99. *num.* 7.

Non tamen, ſi in eo fundo patibulum ſit erectum, idcirco criminalis juriſdictio & imperium merum conceſſum intelligitur. Schrader. *de feud. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. Quia hæc non niſi expreſſe & ſpeciali jure dari ſolent. *l.* 1. *in princ. ubi not. ff. de off. ejus cui mand. juriſd.*

Res immobiles quæ ſolo cohærent, ita ut, vel pars ejus ſint, vel ab eo omnino non, vel ſaltem non utiliter, & bonæ fidei

intuitu, separari possint, Schrader. *de feud. p. 3. c. 2. num.* 55. Ferrar. Montan. *de feud. lib. 2. c.* 3. cum non minus ac res soli perpetuæ & fructuosæ esse possint, etiam in Feudum dari possunt; *Feud. 2. tit. §. ult.* sive sint *universales*: ut, *Urbs, Civitas, Castrum, Sylva, Vinea*, & similes: sive *singulares*; ut, *Domus* vel *Ædificium, Molendinum, Lacus, Stagnum, Fluvius, Piscina*, & similes.

Urbe vel *Civitate alicui in Feudum simpliciter data*, omnia ea, quæ ambitu Urbis vel Civitatis continentur, item Jurisdictio quæ Urbi vel Civitati cohæret, & alia ejus jura atque emolumenta data intelliguntur. *arg. l. 2. ubi not.* Rebuff. *ff. de verb. signif.* Decian. *d. cons.* 123. *num.* 23. Quia hæc omnia urbi vel civitati aut cohærent, aut ad eam pertinent.

Castro alicui simpliciter in Feudum concesso; non tantum bombardæ, tormenta bellica ad castrum defendendum perpetua destinatione posita, feudo adhærere intelliguntur; Bald. *Feud.* 1. *tit.* 4. Oldrad. *cons.* 163. sed & territorium castri, quod certum est; Bald. *Feud.* 2. *tit.* 51. (quia territorium est instar corporis, castrum instar capitis, *sec. Socin. cons.* 76. quod à corpore non debet separari, *arg. l. cum in diversis.* 44. *& ibi not.* Bald. *ff. de relig. & sumpt. fun.* & quia Castrum & territorium sunt connexa, ut

uno

uno, concesso, recte quoque alterum concessum intelligatur. *c. translato.* 13. *Ext. de constitut.* Schrader. *de feud. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 22. & *seqq.* Diss. Oldrad. *cons.* 121.) imo & Jurisdictio concessa intelligitur, si quidem ea cum castro cohæreat. Menoch. *lib.* 13. *præsumpt. c.* 97. *num.* 13. *Concesso enim principali, etiam accessoria & ei cohærentia concessa censentur.* l. creditor. 52. §. ult. ff. de act. empt. l. uxorem. 41. §. legaverat. ff. de legat. 3. *Accessorium enim sequitur suum principale.* c. accessorium. de reg. jur. in 6.

Proinde *castro alicui in Feudum cum territorio dato*, non solum jurisdictio, quæ territorio cohæret, sed & molendina, flumina publica, rivi, fontes & sylvæ; item jura patronatus & alia, Vasallo data intelliguntur. Schrader. *d. p.* 3. *c.* 4. *num.* 33. *cum seq.*

Sylvâ vel *vineâ alicui in feudum datâ*, non tantum arbores vel vites; sed etiam solum, quo continentur, datum intelligitur. *sec.* Bald. *in l.* 1. *num.* 30. & *ibid.* Jas. *num.* 100. *C. de jur. emphyt.*

Domo vel *ædificio, alicui in feudum dato*, non tantum illi domui affixa, *l. Julianus.* 13. §. *ult. cum ll. seqq. ff. de action. emt.* & quæ perpetuæ ædium utilitati serviunt; ut *claves, seræ, claustra, l. fund.* 17. *ff. eod. l. cætera.* 41. §. *hoc Senatusconsultum.* & *ibi not. Alex. ff. de legat.*

 1. item

1. item servitutes debitæ, *l. si aquæductus. 47. ff. de contr. empt.* in feudum datæ intelliguntur; sed & ipsum solum: Itaque domo collapsa, vel igne consumptâ, solum Vasallus retinet. *arg. l. si fundum sub conditione. 81. §. qui fundum. in fin. ff. de legat.* 1. Borcholt. *de feud. c.* 6. *num.* 2. Schrader. *d. c.* 4. *num.* 12. *& seq.*

Molendino in feudum dato, simul solum cui cohæret, datum videtur. Quia ejus sine solo nullus est usus. Obrecht. *d. disp. feud. thes.* 153. Loquimur enim de eo molendino, quod aliquantum saltem solo cohæreat, ita ut loco non moveatur: illud enim, tanquam pars soli in feudum dari potest: Borcholt. *c.* 6. *num.* 11. Rosenth. *c.* 4. §. 2. *lit. f. &* §. 3. Curt. Jun. *de feud. part.* 1. *qu.* 6. *num.* 11. non quod in aquis natat, *sec.* Rip. *in l.* 2. *ff. de flumin.* aut ventis agitatur; *arg. l. Titius horreum.* 60. *ff. de acq. rer. dom.* Rip. *ad. d. l.* 2. nisi cum castro vel villa. Jacob. de S. Georg. *sup. verb. & cum molendinis. num.* 1 & 2. Molin. *in consuet. vet. Paris.* §. 1. *gloss.* 8. §. 5. *num.* 4.

Lacu, stagno, fluvio, vel piscina, in feudum datis, non tantum solum, sed etiam pisces dati intelliguntur. Zas. *Tract. de Feud. p.* 4. *num.* 3. Quia solo cohærent; & quia pisces loco fructuum sunt. Nisi custodiæ, Zas. *d. loc.* vel quotidiani usus causa ibi existant.

Mo-

Molin. *d. gloss.* 8. *num.* 17. 18 & 19.

Immobilium habentur loco, & propterea in feudum dari possunt, *Feud.* 2. *tit.* 1. §. *ult. reditus annui*, non solum qui super rebus immobilibus constituti atque ex iisdem exsolvuntur: Bald. *feud.* 2. *tit.* 1. §. *ult.* Andr. de Isern. Præpos. Afflict. *ibid.* ut, cum de Camera aut cavena feudum datur; *Feud.* 2. *tit.* 5. §. *fin.* & *tit.* 10. (quod finitur, ærario, vel cellario, sine culpa domini exhausto. *feud.* 2. *tit.* 58.) sed & qui ex vectigalibus, pedagiis, teloniis, similibusque rebus provenire solent; Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 1. §. *sciendum.* Haneton. *de jure feud. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. imo & qui ex societate aliqua, vel ex mensa Nummularii, quotannis præstantur; Andr. de Isern. Matth. de Afflict. *feud.* 2. *tit.* 1. §. *sciendum.* Zas. *de feud. part.* 4. *num.* 9. Ferrar. Montan. *de feud.* 2. *tit.* 2. Quia omnes hi reditus singulis annis renascuntur prout alii fructus; *per not. in l. fructus.* 7. §. *divortio.* §. *si vir. ff. solut. matr.* Curt. *de Feud. p.* 1. & quia ratione rei immobilis, & loci commercialis, hi reditus pro rebus immobilibus habentur. Zas. *d. part.* 4. *num.* 9.

Necesse tamen hos reditus esse perpetuos, Matth. de Afflict. & alii. *feud.* 2. *tit.* §. *fin.* Schneidw. *de feud. part.* 4. *num.* 40. nec mere personales, *sec.* Bald.

in l. hac Edictali. 6. §. is illud. num. 2. C. de secund. nupt. Mozz. *de rebus quæ in feud. dari poss. num.* 10. provenire ex negotiatione licita. Zas. *part.* 4. *num.* 7 & 9. Ferrar. *de feud. lib.* 2. *cap.* 3 & 5. *Diss.* Andr. de Isernia. *feud.* 2. *tit.* 1. §. *fin.* quem explodit Schrader. *de feud. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 6.

Res incorporales (*jura* dicuntur) etiam in feudum dari possunt; Dd. comm. *feud.* 2. *tit.* 1. §. *ult.* Wesemb. *de feud. c.* 7. *num.* 6. Mozz. *de feud. de reb. quæ in feud. dari poss.* quia etiam perpetua & fructuosa esse possunt: & quia, cum rerum mobilium & immobilium simpliciter fit mentio, immobilium jure censentur. *l.* 2. *C. de servit.* Nec refert possessionem feudi transire in Vasallum, *feud.* 2. *tit.* 8. §. *fin.* dominum eam tradere, *feud.* 2. *tit.* 26. atque Vasallum in eam mittere, cogi, *feud.* 2. *tit.* 7. *in fin.* & rerum incorporalium possessionem nullam esse, *l.* 4. §. 27. *ff. de usucap. l.* 3. *ff. de acq. poss.* nullam traditionem, nullam usucapionem; *l.* 43. §. 1. *ff. de acq. rer. dom.* quia rerum incorporalium non est possessio mero jure, *dict. l.* 4. §. 27. *in fin.* id est, non est vera possessio: est tamen quasi possessio, *l.* 23. §. 2. *ff. ex quib. caus. major.* est quasi traditio: Tradidisse enim usumfructum intelligitur, qui patitur uti frui, *l.* 3. *ff. de usufruct.* pa-

patientia pro traditione eſt, *l.* 1. §. 1. *ff. de Public. in rem act.* & uſus ſervitutis pro traditione poſſeſſionis habetur. *l. fin. ff. de ſervitut.*

Jura vel ſunt *Regalia*, vel *non regalia*. *Illa* (ſic dicta quod Regi ſeu Imperatori in ſupremæ eminentiæ ſignum conceſſa, Dd. *in feud.* 2. *tit.* 56. Ferrar. Montan. *lib.* 5. *c.* 2. §. 1 & 2. Vult. *c.* 5. *num.* 8.) quia perpetua & fructuoſa eſſe poſſunt, & in Imperatoris poteſtate ſunt; in feudum dari poſſunt; *feud.* 2. *tit.* 56.

Sunt vel *Majora*, in quibus ſuprema Imperatoris poteſtas ac præeminentia relucet; quæ & Jura Majeſtatis à Bodino, 1. *de repub.* 10. vocantur: vel *Minora*, quæ ad rem fiſci ſpectant. Roſenth. *c.* 5. *num.* 2. Borch. *ad tit. quæ ſint reg. num.* 3. *feud.* 2. *tit.* 56. Zaſ. *epit. feud. p.* 5. *num.* 14. Vult. *lib.* 1. *c.* 5. *num.* 8.

Ad *majora regalia* pertinent; leges condere; bellum indicere; Bodin. *loc. d.* clauſula plenitudinis poteſtatis uti; Zaſ. *conſil.* 16. *num.* 12. *lib.* 2. ita, ut à ſententia non poſſit appellari, pronuntiare; *l.* 1. *ff. à quib. appell. non ſit.* Bodin. *d. c.* 10. de crimine læſæ Majeſtatis cognoſcere; Paris de Puteo, *in tract. Syndicat. verſ. de except.* ſpurios legitimare; *Novel.* 89. Zaſ. *d. conſil.* 16. famæ vel natalibus reſtituere; Borcholt. *ad d. tit.*

num. 4. ætatis veniam dare; *l.* 1 & 2. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* Duces, Marchiones, Comites creare; Borcholt. *d. num.* 4. Peregrin. *de jur. fisc. num.* 39. nobilitare; Tiraquell. *de Nobilit. c.* 6. Scholas publicas, quas Academias dicimus, confirmare; & privilegiis ornare; Vult. *d. c.* 5. *num.* 7. Doctores, Licentiatos, Poëtas, Magistros, Tabelliones, creare, *&c.* Regner. Sixtin. *in tract. de regal. c.* 2. Vult. *lib.* 1. *c.* 5. *num.* 7.

Ad *minora Regalia* pertinent; armandiæ; id est, *fabricandorum armorum jus*; Gothofr. *ad feud.* 1. *tit.* 56. *per Novel.* 85. & *l. pen. C. de fabricens. lib.* 11. viæ publicæ, hoc est, *dominium & tutela earum*; Vult. *de feud. c.* 5. *num.* 7. Borcholt. *ad. d. tit. num.* 25. Gail. 2. *obs.* 64. & *de pace public.* 2. *obs.* 1. Mynſ. 5. *obs.* 70. flumina publica navigabilia, & ex quibus navigabilia fiunt; puta itidem *quoad dominium & tutelam*; Ferrar. *lib.* 5. *feud. c.* 7. Vult. *d. loc.* Jacob. de S. Georgio. *sub. verb. & cum piscationibus. num.* 1. Diſſ. Borcholt. *d. loc. num.* 31. portus, & ripatica, id est, *portoria, quæ solvuntur à ripa transeuntibus.* Gothofr. *in not. ad d. feud.* 2. *tit.* 56. Borcholt. *d. loc. num.* 38 & 42. vectigalia, id est, *gabella, pro invectione & transvectione mercium*; Mynſ. 5. *obs.* 29. *vid. l. vectigalia.*

lia. 10. *ff. de publican.* & *tot. tit. C. de vectig. non inst.* jus cudendæ monetæ; Borcholt. *ad. d. tit. num.* 55. Rosenth. *d. c.* 5. *q.* 50. jus mulctandi & puniendi, *l.* 5. *C. de mulct.* jus apprehendendorum bonorum vacantium, eorum quæ indignis ablata, Sixtin. *de regal. c.* 12. incestum committentis, Rosenth. *d. c.* 5. Borcholt. *d. loc. num.* 78. condemnatorum & proscriptorum; *Auth. bona damnatorum.* & *ibi* Dd. *C. de bon. damnat.* committentium crimen læsæ Majestatis; *feud.* 2. *tit.* 56. *l.* 5. *C. ad l. Jul. Majest.* Angariæ & parangariæ; (*quæ sunt onera realia; nempe præstationes jumentorum, plaustrorum,* & *navium, quæ in transvectione armorum exiguntur;*) Borcholt. *d. loc. num.* 48. *l. ult. C. de fabricens. lib.* 11. Sixtin. *c.* 15. *num.* 22. extraordinaria collatio, id est, muneris ultra solitam collationem indictio; Vult. *d. cap.* 5. *num.* 7. potestas constituendorum Magistratuum; Jas. *de feud. p.* 5. *num.* 4. argentariæ, id est, *metalli fodinæ*; Borcholt. *d. loc. num.* 87. Wesemb. *de feud. c.* 12 *num.* 5. Vult. *d. c.* 5. *num.* 7. palatia in civitatibus consuetis; *l. un. C. de palat. l. quicunque. C. de oper. publ.* piscationum reditus; Sixtin. *c.* 20. Vult. *d. num.* 7. salinarum vectigal; *l.* 17. *ff. de verb. signif.* thesauri dimidium, in loco Cæsaris, aut religioso, non datâ ope-

râ reperti. *l. un. C. de thesaur. De quibus omnibus agitur feud. 2. tit. 56. ubi not.* Borcholt. *num. 21. cum seqq.* Vult. *de feud. l. 1. cap. 5. num. 7. §. minora regalia.*

Non regalia, sive alia jura præter regalia, in feudum dari possunt; quia possunt esse perpetua & fructuosa; *not.* Dd. *in feud. 2. tit. §. fin.* & immobilibus annumerantur: *d. loc.* ut sunt *jura piscandi, venandi, aucupandi, advocatiæ, actiones,* si hæ in annuis perceptionibus consistant, si ad petendos annuos reditus competant. Wesemb. *de feud. c. 7. num. 6.* Curt. Jun. *de feud. part. 1. quæst. 6. num. 10.* Alvarot. *d. feud. 2. tit. §. fin.* Sonsbec. *p. 8. num. 29.*

Atque ita supradictæ res immobiles in feudum dari possunt; sive sint *propriæ*; *feud. 2. tit. 3.* vel *verè*, ut allodium; *feud. 2. tit. 54. in fin.* vel *quasi*; ut feudum; *feud. 2. tit. 34. §. 2.* sive *alienæ*, *feud. 2. tit. 8.* sive *communes*, *feud. 2. tit. 58. §. 1.* sive *seculares*, sive *Ecclesiasticæ. feud. 2. tit. 35. §. fin.*

Res vere propria à Domino, etiam Imperatore, Schrader. *de feud. part. 4. c. 1. num. 4. cum. seqq.* quia de hac pro libitu disponere potest, *l. in re mandata. 21. C. mand.* in feudum dari potest; *feud. 2. tit. 54.* etiam ei, qui eam vi occupavit, modò Dominus hoc sciat: quia subsequente voluntate Domini, vitium præcedens pur-

purgatur: *arg. l.* 2. *& ibi* Bart. *in princ. &* Bald. *num.* 1. *C. de his quæ vi vel met. cauſ.* ſi neſcit; feudi datio non valet; quia abeſt certa dantis voluntas. *l. ſi qua.* 2. *& ibi* Gloſſ. *&* Bart. *C. de feud. & ſalt. rei domin. lib.* 11. *& not.* Bald. *in l. decernimus.* 16. *num.* 3. *C. de SS. Eccleſ.*

Poteſt etiam quis rem propriam ab alio in feudum accipere: Menoch. *conſil.* 1. *num.* 63. *vol.* 1. ſi quidem juris ſui non ſit ignarus. Menoch. *d. conſil.* 1. *num.* 87. *vol.* 1.

Rem quaſi propriam, ut feudum, & *Dominus*, & *Vaſallus*, in feudum dare poteſt. *Dominus* non pure, nec ſimpliciter (pure enim de alieno feudo facta inveſtitura non tenet. *feud.* 1. *tit.* 9.) ſed *ſub conditione*, ſcilicet quando ſibi vel heredi ejus fuerit apertum; *feud.* 2. *tit.* 26. §. 2. puta poſt mortem prioris poſſeſſoris: *d feud.* 1. *tit.* 9. nec refert utrum conſentiente eo, vel ignorante, hoc fiat; dummodo viventi adhuc nullum de feudo damnum contingat, *feud.* 1. *tit.* 27. §. 1. & feudum nullos ſucceſſores habeat. *feud.* 1. *tit.* 27. §. 1. Fachin. 7. *contr. jur.* 28. *Vaſallus* de feudo, quod habet, alium inveſtire poteſt, ita tamen ut det ſicut accepit, *feud.* 1. *tit.* 48. non arctiori lege, *feud.* 1. *tit.* 108. nec deteriori, ſed eadem qua habuit; *feud.* 2. *tit.* 34. §. 2. puta perſonæ idoneæ, *feud.* 2. *tit.* 26. §.

beneficium. & heredibus, non fœminis, sed masculis tantum. *feud.* 3. *tit.* 34. § 2.

Res aliena in feudum dari potest, si *publica*, ab Imperatore; Schrader. *d. feud. p.* 4. *c.* 1. *num.* 7. modo hoc faciat ex certa scientia, Goeden. *cons.* 2. *num.* 5. Imperio jus superioritatis reservet, Laudens. *feud. lib.* 2. *tit.* 56. nec sic Imperium graviter lædat; *arg. c. intellecto,* 33. *ubi not.* Bald. & Abb. *Extr. de jurejur.* si *privata*, à quocunque, quia is, qui investituram facit, saltem possessionem feudi tradere tenetur, *feud.* 2. *tit.* 26. §. *si facta.* non dominium transferre: *feud.* 2. *tit.* 8. *in fin.*

Quæ si fuerit ablata, de evictione datur Vasallo actio, nec distinguimus in eo, qui investituram fecit, sciverit an ignoraverit rem esse alienam: *feud.* 2. *tit.* 8. Distinguimus in Vasallo; Ignoranti datur actio de evictione, *feud.* 2. *tit.* 8. quoniam nihil deliquisse censetur; *l.* 5 *ff. de oblig. & action.* scienti non datur; *feud.* 2. *tit.* 80. *tit.* 87 & 96. quoniam in acquirendo habuit malam fidem, *feud.* 2. *d. tit.* 80. & inhiando rei alienæ, quam scit esse alienam, deliquit. *arg. l.* 26. *ff. de contr. emt.*

Res communis, hoc est, pars pro indiviso, à Domino in feudum dari potest; *feud.* 2. *tit.* 58. §. 1. quoniam ante acceptum judicium familiæ erciscundæ vel com-

communi dividundo, poteſt & alio quovis modo alienari. *l. portionem.* 12. *C. de donation. l.* 1. *C. comm. divid. l.* 13 *&* 14. *ff. famil. erciſc.*

Sed quia communio plerumque alit diſcordias, *l.* 77. §. 20. *ff. de legat.* 2. & immenſas ſæpe contentiones excitat, *l.* 26. *ff. de ſerv. urb. præd.* ne invitus in communione manere cogatur, Vaſallo familiæ erciſcundæ actio datur; *l. fin. C. comm. divid.* cum & alias actiones in eum tranſeant omnes, tam activæ, quam paſſivæ; ſive enim agat, ſive conveniatur, firmum eſt judicium; *feud.* 2. *tit.* 26. §. *ſi vaſallus de beneficio.* quia agendi & excipiendi poteſtatem habet, *feud.* 2. *tit.* 43. rem à quolibet poteſt quaſi vindicare, & ſi ab alio conveniatur, exceptionem opponere. *feud.* 2. *tit.* 8.

Res Eccleſiaſticæ, adhibitis certis ſolennitatibus, *expreſſis in c.* 2. *& tit. de reb. Eccl. non alien.* & jure Canonico & Conſuetudinario in feudum dari poſſunt, *c.* 2. *de feud. c. ut ſupra. c. ad noſtram. de reb. Eccleſ. non alien. feud.* 1. *tit.* 1 *&* 6. Duar. *de feud. c.* 5. de novo cum conſenſu Prælati & Capituli; Borcholt. *de feud. c.* 6. *num.* 19. *per c. ſine exceptione.* 14. *qu.* 2. *c.* 1 *&* 2. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. Ferrar. *in form. libell. in act. real. ſup. verb. veris & legitimis. num.* 69. ſolitæ infeudari, à ſolo Prælato, Borcholt, *num.* 19.

Curt. Jun. *part.* 2. *princ.* *quæst.* 2. Laudens. *in feud. lib.* 1. *tit.* 3. Haneton. *lib.* 1. *de feud. c.* 5. Duar. *ibid. c.* 16. *num.* 4. absque solennitatibus requisitis in nova infeudatione. Jul. Clar. *in* §. *item feudum. quæst.* 13. *vers. item quæro.* Vivius, *lib.* 1. *comm. opin. in verb. Emphyteuta.*

Non refert utrum Prælatus extraneis an cognatis concedat. Haneton. & Duar. *d. loc.* Mynf. 5. *obs.* 47. Borcholt. *cap.* 6. *num.* 31. Vult. *c.* 5. *num.* 14. *Diss.* Laudens. *in feud.* 1. *tit.* 3. *num.* 8. *cum seq.* & *alii.*

Res solita infeudari dicitur, si bis per quadraginta annos infeudata fuerit. Jacob. de Bellovis. & Andr. de Isern. *in feud.* 1. *tit.* 1. *ref.* Mart. Laudens. *ibid. num.* 67. & *seqq. vid.* Duar. *c.* 6. *num.* 6. Clarum, *in* §. *feudum. qu.* 13. *num.* 4. Diss. *plurimi*, *quos refert* Goed. *feudal. disp.* 5. *thes.* 4. *lit.* 6.

Potest Prælatus res infeudari solitas, & ad Ecclesiam reversas, Ecclesiæ suæ bonis incorporare, *c.* 2. *Extr. de feud.* Fichard. *in addit. ad Villalup. lit. f. num.* 29. Zas. *cons.* 3. *num.* 30. *lib.* 1. Borcholt. *c.* 6. *num.* 26. sed honestius erit, si eas denuo alteri in feudum concedat. Vult. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. Seysel. *in specul. tit. de his qui feud. dar. poss. ampl.* 6.

Decimæ clericorum in feudum dari regulariter prohibitæ sunt. *c. quamvis. c.*

pro-

prohibemus. de decim. Blanch. *lib.* 1. *c.* 6. *num.* 21. Vult. *c.* 5. *num.* 13. *verf. & in specie.* Tamen quas Laïci ante Concilium Lateranenſe, (*habitum anno* 1379. Card. *in c. cum apoſtolica colum. pen. de iis quæ fiunt à Prælat. vel, ut* Ferrar. Montan. *vult, anno* 1215. *feud. lib.* 2. *cap.* 3. Joan. Andr. Butr. & Im. *anno* 1179. *in d. c. cum apoſtolica. quorum opinionem veriorem eſſe tradit* Covarruv. 1. *var. reſolut. c.* 17.) acceperunt, rurſus infeudari poſſunt. *d. c. cum apoſtolica.* Alvarot. *in feud.* 2. *tit.* 1. *num.* 16. Sonsbec. *de feud. part.* 8. *num.* 11. Covarr. *d. loc.* Haneton. *de feud. lib.* 1. *cap.* 4 Ferrar. Montan. *d. loc.* Diſſ. *multi* alleg. à Roſenthal. *cap.* 4. *concl.* 24.

Ante illud concilium eſſe conſtitutas quis probat per poſſeſſionem immemorialem. Dd. *in d. c. quamvis. & d. c. prohibemus.* Duar. *de feud. c.* 5. *num.* 1. Vult. *d. c.* 5. *num.* 13. Roſenth. *d. c.* 4.

Res mobiles in feudum dari non poſſunt, quoniam dominium penes dominum maneat neceſſe eſt; *feud.* 2. *tit.* 8. *in fin.* & ut uſusfructus ad Vaſallum tranſeat. *feud.* 2. *tit.* 8. Atqui rei mobilis dominium ab uſufructu ſeparari non poteſt. Adhæc Vaſallus perpetuo re uti debet, & quidem ſalva ejus ſubſtantia; rei mobilis ſubſtantia ſalva non manet, ſed utendo conſumitur. Ergo quemadmodum neque naturali neque civili ratione uſus-

ususfructus in rebus mobilibus constitui potest; §. *constituitur. Inst. de usufr.* ita nec feudum, ne quidem præstita cautione usufructuaria, quoniam hæc dominium directum transfert; *l. si vini, olei. 7. de usufr. ear. rer. quæ usu consf.* quod in feudis penes dominum remanet, ut diximus. *feud. 2. tit. 23. §. ult. & ibi* Andr. de Isern.

Si tamen, re mobili in feudum data fidelitatis juramentum fuerit præstitum, illud, non quidem in feudi, sed contractus innominati, vim valet, & jurantem ad sui observationem ligat; *quia sine salutis æternæ interitu servari potest. c. cum contingat. de jurejur.* Hanet. *de feud. lib. 1. cap. 4. num. 13.*

Denique res omnes, quarum alienatio, sive judicio testatoris, *arg. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* sive lege, ut rei sacræ, religiosæ, sanctæ, §. *sacræ. Inst. de rer. divis.* fundi dotalis, §. 1. *Inst. quib. alien. lic. vel non.* bonorum adventitiorum, *l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib.* & similium; prohibita est, & in feudum dari non possunt. *feud. 2. tit. 3. §. 1.*

TIT. II.

De modis, quibus ad constitutionem Feudi pervenitur.

REbus in feudum dari solitis explicatis; sequuntur explicandi *modi, quibus*

bus ad constitutionem Feudi pervenitur.

Ii sunt; 1. Feudi *concessio* seu *promissio.* 2. *appropriatio.* 3. *Judicis sententia.* 4. *praescriptio.* 5. *successio.* 6. *investiturae petitio.* Obrecht. *disp. feud.* 6. *thes.* 4.

Concessio seu *promissio Feudi*, vel fit *inter Vivos*, vel *ultima voluntate*: *Inter Vivos*; Aut *nudo pacto*, etiam ut valeat, Laudens. *feud. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 12. Petr. de Bellapert. *d. feud.* 2. *tit.* 7. §. *ult.* Diss Rosenthal. *de feud. lib.* 1. *c.* 6. *qu.* 5. *lit. c.* Alvarot. *de feud.* 2. *tit.* 3. §. *ult.* *num.* 8. & *ibi* Praeposit. *num.* 5. Schrader. *de feud. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. modo dominus dicat, se hanc vel illam rem alteri in feudum dare; & alter, se eam rem feudi nomine accipere; Nam tum haec conventio causam habet, puta feudum, quod tituli loco est; Laudens. *d. feud.* 2. *tit.* 2. *num.* 12. Jacob de S. Georgio, *de feud. in verb. investivi talem. num.* 11. cum conditionem fidelitatis & servitiorum Domino praestandorum annexam habeat: Rosenth. *d. lib.* 1. *cap.* 6. *qu.* 5. *num.* 3. Aut *contractu*, eoque vel *oneroso*, ut venditione. permutatione. (*Potest enim Vasallus alteri feudum suum consentiente Domino vendere, vel ejusdem Domini consensu Vasalli inter se feuda permutare possunt. feud.* 2. *tit.* 44 & 55.) vel *gratuito*; ut donatione; (Plerumque enim Domini, feuda, praesertim ad se reversa, aliis do-

nare

nare & gratis concedere solent. Bald. *feud.* 2. *tit.* 9. Chassan. *in consuet. Burg. rubr. de feud.* §. 8. *in verb. sans consentement. num.* 5. Hottom. *de disput. feudal. cap.* 15.) Aut *distractu*. *Potest enim Vasallus, si inter eum & extraneum de feudo fuerit controversia*; Feud. 2. tit. 36. §. si Vasallus de beneficio. *decidendi, non alienandi vel diminuendi causa*, Cujac. Feud. 4. tit. 23. *transigere* d. Feud. 2. tit. 36.

Ultima voluntate concessio feudi fit, cum quis alicui vel rem suam, vel alienam, ita relinquit, ut eam feudi nomine habeat. Belvis. *feud.* 1. *tit.* 1. Bald *feud.* 2. *tit.* 7. §. *ult. num.* 2. & *ibi* Laudens. *num.* 13. Wesemb. *de feud. c.* 6. *num.* 6. Rosenthal. *de feud. lib.* 1. *c.* 6. *qu.* 5. *num.* 1. Vult. *de feud. lib.* 1. *num.* 15. *cap.* 7.

Cui heres disponentis & promittentis rem ita relictam in feudum dare obstringitur. Vult. *d. cap.* 7. *num.* 16. Rosenthal. *d. qu.* 5. *num.* 1.

Appropriatio (secundus constituendi feudi modus) fit vel ab eo, *qui plenum habet rei dominium*, vel *qui non habet plenum dominium*. Obrecht. *d. disp. thes.* 35.

Priore casu nihil aliud est, quam rei propriæ pro feudali recognitio, ita facta, ut à Domino rei proprietas in alium transferatur & ejus ususfructus feudi titulo retineatur.

Ut valeat, tria requiruntur. 1. *Ut dominus*

minus sciat, rem, quam pro feudali ab alio vult recognoscere, suam esse: arg. l. nec ignorans. 10. C. de donat. Bursat. consil. 46. num. 17. Schrad. de feud. part. 5. cap. 5. num. 10. 2. *Ut primus Dominus rem suam apertis verbis in alterum transferat, seu alienet:* Bursat. d. consil. 46. num. 17. Schrader. d. p. 5. c. 5. num. 11. & seqq. 3. *Ut secundus Dominus à primo rem pro sua accipiat.* Bursat. d. cons. num. 17.

Posteriore casu appropriatio, est rei propriæ in Vasallum facta translatio, ita quidem ut deinceps Vasallus eam pleno jure habeat.

Procedit, cum *Dominus agnatos nullos habet*; Jure enim suo renuntiare potest; *l. pen. C. de pact. & not.* Gail. 2. *obs.* 158. *num.* 5. Non *cum habet*; In fraudem enim agnatorum, ad quos sua natura feudum transire debet, alienare non potest. *feud.* 2. *tit.* 14. *& tit.* 39. *in princ.* Gail. *d. obs.* 158. *num.* 2.

Tertius constituendi feudi modus est, *Judicis sententia.* Judex enim, pronuntiando, fundum allodialem, de quo erat controversia an feudalis esset, feudalem esse, eum ex allodiali feudalem facit, siquidem sententia ejus in rem judicatam transiit. Petr. de Bellapert. *de feud. c.* 6. *num.* 10. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 22. Est enim sententiæ ea vis, ut etiam rei novam qualitatem adjicere possit.

Bald.

Bald. *in l. si non sortem. 26. §. hereditatis. ff. de condict. indeb. & not.* Schrader. *de feud. part. 5. cap. 5. num. 13.* Vult. *d. c. 9. num. 22.*

Quartus constituendi feudi modus est, *Præscriptio; feud. 2. tit. 26. §. si quis per triginta annos.* ut, si quis per triginta annos rem aliquam ut feudum possederit, & servitium domino exhibuerit: quamvis enim ea de re non sit investitus, præscriptione tamen triginta annorum se tueri potest. *feud. 1. tit. ult. feud. 2. tit. 9. §. 1. tit. 26. §. si quis. tit. 87.*

Dico, *per triginta annos;* Nam anni decem vel viginti, quibus alias præscriptio de jure communi procedit, non sufficiunt. Quoniam rerum feudalium præscriptio durior est, & majoris præjudicii, quam allodialium. Vasallus Domino ad multa obligatur, & viceversa Dominus Vasallo obstringitur: atque ideo triginta annorum spatium requiritur, si feudum sit *seculare;* sin *Ecclesiasticum*, quadraginta. Zas. *part.* 6. Myns. *cent. 4. obs. 49. Sublata l. 13. C. de SS. Eccles. & Novel. 9. Quarum una in Orientalibus, altera in Occidentalibus Ecclesiis centum annorum præscriptionem introduxerat.* Cuj. *5. obs. 5. & in tract. de div. & temp. præscript. c. 3.*

Dixi, *ut feudum possederit;* Non *ut rem propriam.* Quia feudum est qualitas fundi, quæ non vetustate, sed solius Domini volun-

luntate tollitur. Cujac. *de feud. 1. tit. 31.* Non etiam *ut pignus.* Quia jus luendi pignoris, nullo unquam tempore præscribitur. *Non enim tam jus est, quam facultas, posita in arbitrio debitoris, ut, quo minus ea utatur quandocunque velit, nulla ratione impediri possit.* Præterea creditor debitori, non sibi, possidet. Ergo sibi ipsi possessionis causam mutare non potest, & per consequens debitorem, quo minus oblata pecunia pignus suum recipiat, nullâ temporis præscriptione repellere. *l. 2. l. 7. §. ult. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Et quod dicitur: Omne jus præscriptione quadraginta annorum tolli: *l. omnes. C. eod.* Ergo & jus luendi pignoris. Hoc de actionis, non luitionis jure, accipi debet. Cujac. *in l. pignori. ff. de usucap.* Nam luitio pignoris non tam jus est, quam facultas, Hattys. *in Anal. jur. Feud. c. 7.*

Dixi, *possederit*; Nam ut naturaliter absque possessione nulla res acquiritur; *l. 1. in princ. ff. de acquir. vel. amitt. poss.* ita nec jus feudorum hoc casu præscriptionem sine possessione esse voluit; utpote per quam, tam de voluntate Domini rem suam negligentis, quam rem alienam occupantis, constare potest.

Ad quam possessionem, nec titulo expresso, nec bonâ fide, opus est. Quia simpliciter tringinta annorum possessio, non etiam

etiam justa possessio, requiritur. *Feud.* 2. *tit.* 26. §. *siquis per* 30 *annos.* & *ibi* Dd. Bald. *de præscript. part.* 4. *princ. part.* 4. *qu.* 11. *num.* 3. Schrader. *consil.* 37. *num.* 73. *vol.* 1. *consil. German.* Jure Canonico aliud statutum. *c. ult. Ext. de præscript.*

Dixi, *servitium domino exhibuerit*: non servitia. Quia semel intra triginta annos servitium Vasallum præstitisse, sufficit, singulis annis præstitisse non est necesse. *ut not.* Dd. *in d. tit.* 26. §. *si quis.* Zas. *part.* 6. Mynf. 4. *obs.* 29.

Dixi, *exhibuerit*, non, *præstiterit*; Quia, etsi *feud.* 2. *tit.* 33. nominatim de præstito & recepto servitio fiat mentio, tamen satis est Vasallum illud obtulisse, & sic non fuisse in mora: Sibi enim imputet Dominus, se illud, ut debet, Hottom. *feud.* 1. *tit.* 26. §. *si quis per* 30 *annos. in verb. servitium exhibuerit.* non exegisse.

Dixi, *quamvis non sit investitus*; Quoniam præsumptio est, omnia solennia præcessisse. Wesemb. *de Feud. c.* 6. Investituram itaque probare non tenetur; at heres probare cogitur, *feud.* 1. *tit.* 28. jurando scilicet cum duodecim Sacramentalibus, se, vel patrem suum, investitum fuisse, vel quasi jure investituræ feudum sine ulla interpellatione per triginta annos possedisse. Nec obstat, quod dicitur *feud.* 1. *tit.* 11. ejusmodi jura-

ramento non esse credendum: quoniam id procedit, nisi quis præscriptionem prætendat. Gothofr. *feud.* 1. *tit.* 28.

Vasallus contra Dominum nullo tempore proprietatem rei feudalis, seu directum dominium, *præscriptione* acquirere potest. *Præscriptio* enim, cum possessio sit ejus fundamentum: *arg. l. sine possessione.* 25. *ff. de usucap.* sine possessione esse non potest; *l.* 2. & *passim. C. de præscript.* 30 *vel* 40 *ann.* At Vasallus vere non possidet: quia non sibi, sed domino possidet; *fac. l. quod meo.* 18. *ff. de acq. poss.* quia Domino hominium præstare debet: *arg. l.* 2. *C. de præscript.* 30 *vel* 40 *ann.* Vult. *de feud.* 1. *cap.* 9. *num.* 18. sive feudum sit *francum*, sive *non francum. feud.* 2. *tit.* 3. §. *ult.*

Nisi Vasallus Domini possessionem interverterit, & rem non amplius ut feudalem, sed à servitiis liberam, per triginta annos possederit. Rosenth. *de feud. vol.* 1. *cap.* 6. *qu.* 82. *num.* 15. *cum seqq.*

Potest & Dominus se præscriptione tueri, si contra Vasallum spatio triginta annorum libertatem præscripserit; ut quia statuto temporis spatio rem feudalem pro libera possederit. Zas. *part.* 6. Duar. *de feud. c.* 8. *num.* 5. Mynf. 4. *obs.* 28. idque ex natura correlativorum; quorum eadem est disciplina. *l. ult. C. de indict. viduit.* Bald. *feud.* 2. *tit.* 26. §. *si quis*

per 30. *ann.* Contrarium ſervatur in Gallia, *teſte* Boërio, *deciſ.* 211.

Quintus & Sextus acquirendi feudi modus eſt *ſucceſſio* & *inveſtituræ petitio*; de quibus propter materiæ ubertatem ſingulis agemus titulis: & quidem primo de *ſucceſſione.*

Tit. III.

De ſucceſſione Feudi teſtamentaria.

SUcceſſio duplex eſt; vel *teſtamentaria*, quæ ex teſtamento; vel *legitima*, quæ ab inteſtato defertur. *l.* 1. 2 & 3. *l.* 8. *ff. de petit. hered.*

Teſtamentaria ſucceſſio regulariter in feudo locum non habet. *feud.* 1. *tit.* 8. 1. Quia feudum non conſiſtit niſi in rebus alienis; *feud.* 1. *tit.* 9. at de rebus alienis nemo teſtari poteſt: *l. verbis.* 120. *ff. de verb. ſignif.* 2. Quia invito Domino alius Vaſallus obtrudi nequit; *feud.* 2. *tit.* 12. *in fin.* id quod hac ratione fieret. 3. Quia jus deſcendentibus, *feud.* 2. *tit.* 95. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 1. *in fin.* & *arg. l. in ſuis. ff. de liber.* & *poſth.* & agnatis, *feud.* 2. *tit.* 39. Hart. Piſtor. *lib.* 2. *qu. juris. p.* 1. *qu.* 6. *in princ. cum num. ſeqq.* per inveſtituram quæſitum, ipſis ſine ſuo facto auferri non debet. *l. id quod.* 11. *ff. de reg. jur.* & Gl. *in feud.* 2. *tit.* 1. *in fine.*

Hinc filii, licet inæqualiter in bonis

allo-

allodialibus à patre ſcripti heredes, aut uni feudum adſignatum, nihilominus in feudis ſuccedunt æqualiter: *Feud. 2. tit. 95. Feud. 1. tit. 1. §. 1.* Bald. *in feud. 2. tit. 55.* Andr. de Iſern. Alvarot. *in d. feud. 2. tit. 95.* Jacob. *Tract. de Feud. verb. & cum pacto. in princ. arg. d. feud. 2. tit. 95.* Zaſ. *part.* 8. ſive feuda ſint antiqua, ſive nova, etiam patris teſtatoris vel induſtria, vel pecunia, aliave qualibet re ſua, vel beneficiorum atque benemeritorum ſuorum, non filiorum contemplatione acquiſita: *arg. d. feud. 2. tit. 95.* Haneton. *de feud. lib. 2. tit. 10. num. 4.* Diff. Andr. de Iſernia. *feud. 1. tit. 5.* Alvarot. *feud. 2. tit. 95.* Hartm. Piſtor. *d. p. 1. qu. 4.*

Nec ſibi præjudicant, hereditatem patris in bonis allodialibus conſiſtentem, ſecundum formam teſtamenti adeundo; *arg. d. feud. 2. tit. 95. in fin. & d. feud. 2. tit. 1. §. fin.* Haneton. *d. loc. num.* 5. Diff. Andr. de Iſern. *in d. feud. 2. tit. 95.* omnino ſtatim ab initio in hujuſmodi patris ſui ordinationem expreſſe conſentiendo, vel eam poſtea ratam habendo. Haneton. *d. loc. num. 6. arg. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. c. ſcienti. 27. de reg. jur. in 6.*

Ceſſat præcedens regula quatuor caſibus: I. Cum Vaſallus teſtamento ſuo ei, qui alias inteſtatæ ſucceſſionis jure ad

successionem feudi fuisset admissus, de feudo providit: Jacobin. *d. tract. de feud. verb. & cum pacto.* Haneton. *d. loc.num.*8. II. Cum de feudo, quod libere alienare potest, testatur: *feud.* 2. *tit.* 48. *junct. l. si quis prioris.* 8. §. *caterum. C. de secund. nupt. Quale est, quod datum est Vasallo & heredibus ejus, & quibus ipse dederit: vel quod datum est Vasallo & heredibus quibuscunque:* Roland. à Valle, *consil.* 3. *num.* 11. *vol.* 1. & *consf.* 71. *num.* 6. & *consf.* 79. *num.* 38. *vol.* 2. Curt. jun. *p.* 4. *num.* 130. Mozz. *de nat. feud. num.* 83. III. Cum de antiquo quidem disposuit, sed Dominus testamentum confirmavit: Quia talis confirmatio retro trahitur, & mandato æquiparatur. *l. ult. C. ad SC. Macedon. not.* Bald. *feud.* 2. *tit.* 9. §. *donare.* Valet ergo dispositio, sed in præjudicium Domini confirmantis, non agnatorum. Laudens. Alvarot. *num.* 10. Præpos. *num.* 4. *in d.* §. *donare.* Licet Princeps eam confirmaverit. Borcholt. *de feud. c.* 7. *p.* 2. *num.* 7. Rosenth. *de feud. c.* 7. *conclus.* 7. Mozz. *d. loc. num.* 85. IV. Cum vasallus de feudo, Domino & agnatis præsentibus, nec contradicentibus, testatur. Præpos. *in d.* §. *donare.* Curt. *de feud. p.* 4. *num.* 128.

Extra quos casus nullus successioni ex testamento locus, *feud.* 1. *tit.* 8. *in fin. princ.* etiamsi ad pias causas Vasallus de feu-

feudo diſpoſuerit, *d. feud.* 2. *tit.* 9. §. *donare. ibi judicare pro anima.* Roſenthal. *d. c.* 7. §. 3. Vult. *de feud.* 7. *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 71. adeo ut ex ea diſpoſitione ne quidem relicti æſtimatio debeatur. *arg. l.* 39. §. *fin. ff. legat.* 1. & *arg. d. feud.* 2. *tit.* 8. *in princ. junct. l.* 5. *in fin C. de legib.* Bald. *in l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* Alvarot. *in d.* §. *donare.* Haneton. *d. loc. num.* 10. Niell. *diſp. feud.* 6. *theſ.* 14.

Tit. IV.

De legitima Feudi ſucceſſione.

Diximus præcedenti titulo de *feudi ſucceſſione Teſtamentaria*, ſequitur de *Legitima*, ſeu ab inteſtato. Nam & is recte inteſtatus dicitur, qui teſtamentum facere non potuit. *l.* 4. §. *hoc autem.* 3. *ff. qui pet. tut. vel curat. l.* 2. §. *impuberem.* 5. *ff. ad SC. Tertul.* Quæ ſignificatio licet minus propria videatur; uſu tamen juris eſt approbata. *l.* 1. *in princ. verſ. plane qui teſtari. junct. verſ. ſed hos quoque. ff. de ſuis & legitim.*

Hæc ſucceſſio in feudis non fuit ſemper ſui ſimilis. Nam ab initio feudum temporarium fuit; & mutata Domini voluntate, precarii inſtar, revocari potuit. Poſt annale eſſe cœpit; ut adhuc hodie eſt feudum *Guardiæ*, vel *Gaſtaldiæ. feud.* 1. *tit.* 2. & 11. Deinde ad Vaſalli

 vi-

vitam prorogatum. Tandem filiis quoque delatum. Postremo per Imp. Conradum, cognomento Salicum, nisi Annales nos fallant, constitutum est, nepotes quoque defuncti, &, iis desideratis, fratres beneficium, quod à parente initium habuit, consequi posse. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 1 & 2.

Quam constitutionem usus non tantum recepit, sed & ulterius produxit, ut tam descendentes, quam collaterales, usque in infinitum succedant. *feud.* 2. *tit.* 31. *tit.* 50. *feud.* 1. *tit.* §. *hoc quoque.* 4.

In hac successione *gradu proximus solus,* vel cum iis qui eodem gradu sunt, ulteriores excludit. *feud.* 2. *tit.* 11. §. *his vero deficientibus.* & *tit.* 37. *in princ. verb. eodem prorsus.*

Fit in ea graduum computatio non secundum Jus Canonicum, *ut volunt* Hottom. *ad d. princ. verb. eodem prorsus.* Pistor. 2. *qu.* 19. *num.* 13. 14. sed Civile. 1. Quia *feud.* 1. *tit.* 1. §. *hoc quoque sciendum.* 4. dicitur, jure antiquo Feudum successione ultra fratres patrueles non progredi; & in *feud.* 1. *tit.* 8. §. 1. dicitur usque ad quartum gradum tantum. Ergo Feudali jure, perinde ut Civili, *l. ult.* §. *quarto.* 15. *vers. eodem gradu. ff. de gradib. & affin.* fratres patrueles quarto gradu distant. 2. Quia servari debet ordo graduum, qui continetur Legibus;

feud.

feud. 2. tit. 37. c. 1. in fin. id est, non, *ut vult ibid.* Hottom. Longobardicis (Eæ enim semper cum adjectione aliqua allegantur. *feud. 2. tit. 22. vers. ut in Longobarda. feud. 1. tit. 10. in fin.*), sed Romanis. Absolute enim cum Legum in Feudis fit mentio, semper Romanæ κατ' ἐξοχὴν intelliguntur. *ut in feud. 2. tit. 1. in princ. in fin. verb. lege scripta; feud. 1. tit. 1. §. 3. verb. succedant legibus, tamen,* &c. 3. Quia hoc jure geniculum, *feud. 1. tit. 1. §. pen.* id est, generatio; Hottom. *in Lex. & feud. 2. tit. 52. cap. 2.* computanda. At jure Civili gradus & generatio sunt idem. *Tot enim eo jure (non Canonico.* c. ad sedem. vers. namque duo. 35. qu. 5.) *sunt gradus, quot sunt generationes. §. hactenus. 7. Inst. de gradib. cognat. l. ult. §. gradus. 10. ff. eod.* Vide hic Niellium *disp. feud. 5. thes. 1. lit. c.* Vult. *de feud. lib. 1. c. 9. num. 113.*

Legitimæ successionis etsi *jure Civili triplex ordo*, nempe *adscendentium*, *descendentium*, & *collateralium*, Novell. 118. *Jus* tamen *Feudale*, *adscendentium ordine neglecto*, solos descendentes & collaterales, sive feuda sint *secularia*, sive ecclesiastica, Bald. *in Auth. defuncto. C. ad SC. Tertull.* Curt. *de feud. part. 3. num. 2. num. 42.* admittit. *feud. 2. tit. 50.* Quoniam qui feudum accipit, sibi & liberis suis; non parentibus, prospicit. Cujac.

feud. 1. *tit.* 1. Deinde quia feuda ob servitia dantur; *feud.* 2. *tit.* 23. *in fin.* ad ea autem præstanda liberi indies magis idonei, parentes minus idonei redduntur. Vide & Duar. *de feud. c.* 11. *num.* 10. Zas. *p.* 8. *conc.* 1.

Excipiuntur ab hac regula *duo casus: Primus* est, *Si pater vel avus superstes, in favorem filii sui vel nepotis, feudo suo renuntiavit:* tum enim post feudum quæsitum, si filius vel nepos sine descendentibus, patre vel avo adhuc superstite, moriatur, feudum paternum, exclusis defuncti agnatis, ad patrem vel avum revertitur. *feud.* 2. *tit.* 14. & *ibi* Præpos. Zas. *part.* 8. *num.* 1. *de feud.* Alvarot. *num.* 7. Matth. de Afflict. *num.* 2. *ad feud.* 2. *tit.* 50. Quoniam hoc casu pater, non tanquam filii successor, sed primi acquirentis, & post succedentium, habetur. Quippe in Feudis agnationem inspicimus, & oculos ad communis agnationis stipitem dirigimus, à quo cum parens sit, merito feudum obtinet; *ut in Camera Imperiali judicatum testatur* Mynsing. 3. *obs.* 93. Nec obstat, quod feudo renuntiavit parens; quia hujusmodi renuntiatio morte filii, cujus causa erat facta, finitur. *l. jubemus.* & *ibi not.* per Bart. *C. ad SC. Vell. l. pactum. ubi* Bald. *C. de collat.* Præpos. *d. loco.* Haneton. *lib.* 2. *de feud. cap,* 5. *num.* 3. Hartm.

lib.

lib. 2. obs. pract. tit. de feud. obs. 47.

Secundus casus est, *quando filius respectu patris, ob ejus servitia & benemerita de feudo fuit investitus*; tunc, filio sine herede masculo decedente, pater in feudo succedit. Alvarot. *num.* 7. & Matth. de Afflict. *num.* 2. *ad feud.* 2. *tit.* 50. Quia non immerito à filio ad patrem feudum redit, cujus contemplatione filio datum fuit. Meritorum quippe ratione multa permittuntur; quæ alias vix permitterentur. Tiraquell. *in l. unquam. sup. verb. donatione largitus. num.* 11. & *seqq. C. de revocand. donat.*

Quibus casibus exceptis, adscendentes in feudis adeo non admittuntur, ut ne quidem pater vivo filio in bonis feudalibus ab eo acquisitis usumfructum habeat. Andr. de Isern. Præpos. Zas. & com. Dd. *teste* Roland. à Valle, *cons.* 71. *num.* 65. & 66. *vol.* 2. Diss. Bald. Curt. Sonsbec. Schneidw. & *alii. non recte.* ut & supra. *lib.* 1. *tit.* 5. diximus; ubi vide.

TIT. V.

De intestata Vasalli defuncti descendentium successione.

DIximus præcedenti titulo de successione *Adscendentium*; sequitur nunc ordo *descendentium*: Qui alias non immerito primo loco ponitur: *Quoniam na-*

turalis ratio, quasi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit, ad debitam successionem eos vocando; l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat. *idque propter votum paternum, & naturalem erga liberos caritatem.* l. nam etsi. 15. ff. de inoff. testam.

Descendentium appellatione veniunt *liberi*; id est, non solum filii & filiæ, sed largo modo etiam nepotes neptesve. *l. liberorum. 220. ff. de verb. signif.*

Qui vel sunt *naturales & legitimi simul*, vel *naturales tantum*, vel *legitimi tantum*, vel *legitimati*.

Naturales & legitimi simul, hoc est, ex justis nuptiis procreati, vel sunt *in potestate patris*, vel patria potestate liberati, seu *emancipati*.

Priori casu, aut *soli extant*, aut *cum filiis & filiabus* ex filio filiave præmortuo præmortuave *concurrunt*.

Si extent soli filius filiave, jure Civili in capita succedunt. *Novel. 18. cap. 1.* Jure Feudali, sive feudum sit *novum*, sive *antiquum*; & sive hodie, *feud. 1. tit. 13. in fin. feud. 2. tit. 55.* non olim, *feud. 1. tit. 14.* sit *regale* (in quo tamen si plures sunt, filius primogenitus prælationem habet. *d. tit. 55. §. firmiter. vers. præterea.*) sive *non regale*; regulariter soli succedunt filii; filiæ excluduntur. *feud. 2. tit. 11. & tit. 50.* Ratio est: Quoniam bellorum

ne-

necessitas peperit feuda. At bello gerendo fœminæ non sunt idoneæ, tum quod non deceat eas arma ferre, tum etiam quod publica honestas non patiatur, eas cœtui virorum se immiscere. Accedit quod fragilia sint earum consilia, quod lubrica vota, quibus adversus propria commoda laborant; *l. 4. C. de sponsal.* & sæpe in perniciem substantiæ earum deducuntur. §. 1. *Inst. quib. alien. licet vel non.*

Nec saltem *filii*, sed etiam *nepotes*, *pronepotes*, &c. usque *in infinitum*, succedunt, dummodo ex *filio*, *non* etiam *filia*, nati sint. *d. feud. 2. tit.* 11. Mozz. *de accid. feud. num.* 6. Zas. *p.* 8. *num.* 36. Quoniam dominus, qui feudum dat, eligit sanguinem, familiam, stirpem generosam & fortem, nihilque minus vult, quam ut ad feudum invitentur, qui seorsim ab ea familia nascuntur. At fœmina nubendo suam familiam claudit, & in alienam transit; unde & caput & finis familiæ dicitur. *l. pronuntiatio.* 195. §. *fin. ff. de verb. signif.* Itaque liberi ejus ad feudum adspirare non possunt. Hartm. Pistor. *lib. 2. qu.* 34. *num.* 1. Wesemb. *c.* 6. *num.* 22. Vult. *d. c.* 9. *num.* 26. & 27.

Imo nepotes ex filia in tantum removentur, ut ne quidem tunc admittantur, cum avo defuncto eo tenore feudum datum est, ut ejus descendentes masculi &

fœminæ in eo ſuccederent; extantibus enim filiis, filia, aut nepotes ex filia, non ſuccedunt. *feud.* 1. *tit.* 8. §. *filia.* Rol. à Valle, 1. *conſil.* 68. *num.* 40. & 2 *conſil.* 41. *num.* 4. Borcholt. *c.* 7. *p.* 2. *num.* 35.

Succedunt tamen recte *fœminæ*, ſed *deficientibus maribus*; 1. In *feudo fœmineo*, hoc eſt, eo quod à fœmina primo eſt quæſitum; Jacob. de Belviſ. Bald. Alvarot. Præpoſ. & Dd. comm. *feud.* 2. *tit.* 30. Haneton. *lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 10. 2. In *feudo quod omni ſervitio liberum eſt*: *Feud.* 2. *tit.* 104. *fac. feud.* 2. *tit.* 36. *in princ. not.* Abb. *in c. cum ceſſante. de appellat.* Clar. 4. *ſent.* §. *feudum. q.* 73. *num.* 3. *Diſſ.* Haneton. *d. loc. num.* 3. 3. In eo, *quod* ad certum *ſervitium datum*, *quod fœminam exequi non dedecet*: *feud.* 2. *tit.* 104. *in pr.* Jul. Clar. *d. loc. quæſt.* 73. *num.* 8. 4. In eo, *quod Dominus, patre ſine maſculis mortuo, filiæ dedit*; Vel quia ipſa feudum redemit, hoc eſt, emit; vel quia pater ipſius grata Domino ſervitia præſtitit: *Feud.* 1. *tit.* 24. modo, ſi illud antiquum ſit, *Feud.* 1. *tit.* 24. aut nulli agnati extent, aut conſentiant: Obrecht. *diſp. feud.* 10. *theſ.* 123. utpote in quorum fraudem Dominus filiæ feudum concedere nequeat: *Feud.* 1. *tit.* 8. §. *hoc quoque.* & *tit.* 13. §. *ſed & ſi clientulus. Feud.* 2. *tit.* 26. §. *Titius.* 5. Item re-

cte ſuccedunt, *ſi loci conſuetudine id ſit receptum*: Dec. *conſil.* 449. *num.* 19. & 20. Zaſ. *epit. Feud. p.* 8. *num.* 42. Weſemb. *de Feud. cap.* 6. *num.* 22. Curt. *de feud. part.* 3. *num.* 10. Cum enim feuda per conſuetudinem introducta fuerint, debent etiam à conſuetudine regulari: *fac. feud.* 1. *tit.* 1. *junct. Feud.* 2. *tit.* 1. §. *legum autem Romanarum.* Jul. Clar. *in* §. *feudum. qu.* 47. *num.* 9. Borcholt. *de feud. c.* 7. *p.* 2. *num.* 64. Zaſ. *d. p.* 8. *num.* 42.

6. Item rectè ſuccedunt, *ſi in inveſtitura* expreſſe *de fœminarum ſucceſſione fuit conventum*; *Feud.* 2. *tit* 50. *in princ.* qui feudum ex conventione legem accipit. not. Dd. *ad d. tit.* 50. *in princ.* & *feud.* 1. *tit.* 1. §. *hoc autem notandum.* & *tit.* 8. §. *filia.* & *tit.* 14. §. *ſi duo.* Proinde & ſuccedent cum maſculis ſimul, ſi hoc verbis inveſtituræ expreſſum. Jul. Clar. §. *feudum. qu.* 73. *num.* 4. Jacob. de S. Georg. *verb.* & *fœminis. num.* 10. Zaſ. *p.* 8. *num.* 49. Et ſemel admiſſæ per ſupervenientes maſculos non excludentur: Belviſ. & *alii ad feud.* 2. *tit.* 17. Clar. *d.* §. *qu.* 80. Nec ſemel excluſæ à maſculis, ſemper, ut volunt communiter Dd. Bald. Andr. de Iſern. Alvarot. *ad feud.* 1. *tit.* 6. Zaſ. *d. p.* 8. Curt. *part.* 3. Haneton. *de feud. lib.* 2. *cap.* 9. Clar. *d.* §. *qu.* 80. Duar. *c.* 9. *num.* 12. excluſæ cenſebuntur. Eſſet enim hoc contra inveſtituræ tenorem; Quia omni-

no eſt attendendus. *Feud.* 2. *tit.* 17., 18. *vide* Sonsbec. *de feud. p.* 9. *num.* 130. Vult. *de feud. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 61. *& ſeqq.*

Ut nonnunquam filiæ *contra feudorum naturam* ſuccedunt; ita *nonnunquam filii excluduntur.* Puta, 1. Si nolint patri heredes eſſe in allodialibus: *Feud.* 2. *tit.* 45. *& ibi* Laudenſ. & Baro. *& feud.* 2. *tit.* 51. *§. ſimiliter. verſ. filius. & ibi* Afflict. Belviſo. 2. Si ſint à patre ex juſta cauſa exheredati; Laud. *ad feud.* 1. *tit.* 1. *§. & quia vidimus. num.* 16. Blanc. *lib.* 3. *c.* 1. *num.* 11. Roland. à Valle, *conſ.* 23. *num.* 53. *vol.* 1. Curt. *part.* 3. *num.* 6. *§. item. verſ. prædictis.* Schneidw. *p.* 6. *rubr. de ſucceſſ. deſcend. num.* 26. Diſſ. Sonsbec. *p.* 9. *num.* 61. *cum ſeq.* Quæcunque enim juſta eſt exheredationis cauſa, ex eadem Feudum amittitur. *Feud.* 2. & *tit.* 24. *§. item, qui dominum prædictis modis.* 3. Si patris delicto feudum commiſſum ſit; ſive in Dominum, ſive in alios, ita deliquerit, vel etiam feudum novum, vel vetus (*an Domino conſentiente, vel eo non requiſito, nihil in hac quæſtione intereſt;*) alienaverit: nam his caſibus feudum plerumque ad Dominum, nonnunquam ad agnatos, redit. *Feud.* 2. *tit.* 26. *§. ſi Vaſallus culpam. Feud.* 2. *tit.* 24. *§. fin.* Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 4. 5. 16. Niell. *diſp. feud.* 5. *theſ.* 6. *lit. d.* 4. Si vivo patre ita Dominum offenderint, ut feu-

feudum, si possiderent, amitterent, nec Dominum patre vivo placaverint: *feud. 2. tit. 51. & quæsitum. & tit. 55. §. insuper.* Borch. *cap. 7. num.* 58. 5. Si ex matrimonio ad Morganaticam contracto nati sint; *feud. 2. tit. 29. feud. 2. tit. 26. §. filii nati. ubi* Cujac. Eguin. Baro. Obrecht. *d. disp. thes.* 94. Borch. *c. 7. num. 56. recte legunt, in feudo non succedunt.* id est, *nati ex matrimonio cum tali conditione contracto, ne filii ex eo nati succederent.*

Quod pactum, ut volunt, Zas. *p.* 8. *num.* 71. Hottom. *ad d. §. filii.* Cujac. *ad d. tit.* 29. Feudistæ, *ad d. §. filii.* non est iniquum. Non enim est de futura successione, sed de dividenda hæreditate, & in prioris matrimonii liberis conservanda. Cujus generis pacta legibus sunt permissa. Goed. *in l. 3. num. 38. in fin. de verb. signif.*

Si soli filii non extent, sed *cum filiis vel filiabus*, cæterisque præmortuorum præmortuarumve descendentibus, *concurrant*, ut jure Civili, *Novel* 118. *cap.* 1. illi *in capita*, hi *in stirpes*, succedunt; sic & *jure Feudali masculi (fœminæ enim, ut diximus, regulariter excluduntur.) Feud.* 1. *tit.* 8. sive filii cum nepotibus concurrant, *Feud. 1. tit.* 14. §. 1. sive soli nepotes extent. *Feud.* 1. *tit.* 1. §. 7. Nihil enim hac in re jure feudali sive consuetudinario est immutatum; itaque juri commu-

muni ſtandum. *Feud.* 2. *tit.* 1. *ubi* Alvarot. & alii.

Emancipati liberi, & Jure Civili novo, *Novell.* 118. *cap.* 1. (*quod jus ſanguinis conſiderat*) veteri (*quo emancipatus, ſublato per emancipationem jure ſuitatis & per conſequens ſucceſſione*, §. item per emancipationem. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. *fiebat extraneus*. §. cæter. Inſt. de her. qual. & diff.) abrogato; & jure Feudali, Alvarot. & Dd. *com. Feud.* 1. *tit.* 1. §. *hoc quoque.* cum cæteris, qui in poteſtate manſerunt, æqualiter ſuccedunt. Nec obſtat, emancipatos deſinere eſſe agnatos; cognatos autem ad ſucceſſionem feudi non admitti. *Feud.* 2. *tit.* 11. Quia conjuncti per lineam maſculinam ſuccedunt, ſive ſint agnati, ſive cognati, id eſt, ſive in patria poteſtate exiſtant, ſive non: Hoc enim agnatici & cognatici juris diſcrimen ſublatum; *Novel.* 118. *cap.* 1. non illud, quod ex linea fœminina ſive materna deſcendit, per quam conjuncti, in feudo regulariter non ſuccedunt. Bald. *l.* 1. *num.* 4. *C. de legit. hered.* Weſemb. *de feud. c.* 6. *num.* 9. Obrecht. *d. diſp. theſ.* 199.

Naturales liberi, ſive illi ſint *ex concubina domi nati*, ſive *ſpurii*, ſive *adulterini*; aut *inceſtuoſi*, nullo modo in feudis, ſive ſint paterna aut antiqua, ſive materna;

na; Andr. de Isern. & Alvarot. *Feud. 2. tit.* 26. succedunt. *Feud. 2. tit. 26. §. naturalis.* ubi Dd. Cum quod honeste in Curia Domini stare; tum quoniam patrem jure demonstrare non possunt. *l. vulgo quæsiti. ff. de statu hom. §. vulgo. Inst. de success. cognat.* Clar. *in §. feudum. qu.* 82. *num.* 1. Wesemb. *de feud. c. 6. num.* 9. Schrader. *de feud. c. 5. num.* 5. Vult. *de feud. c. 9. num.* 91.

Legitimorum liberorum (qui & *adoptivi* dicuntur) etiam nullo jure feudali regulariter est successio. *Feud. 2. tit. 26. §. adoptivus.* Quoniam feuda dantur sanguini, *feud. 3. tit.* 10. adoptio jus sanguinis non adfert, *l. qui in adoptionem. 23. ff. de adopt.* Adoptivi liberi veri liberi non sunt, sed adscititii & commentitii. *l. fideicommissum. 76. ff. de cond & demonst.* Et nisi hoc ita constitutum esset, facile fieri potuisset, ut, Domino feudi invito, Vasallus ex aliena familia solius Vasalli voluntate adscisceretur; quod fieri non debet. *feud. 2. tit. 12. in fin.*

Dixi, *regulariter*; Admittuntur enim ad successionem: 1. Si à principe eo modo arrogatio vel adoptio facta, ut & adoptivi in feudo succedant: Bald. *in feud. 2. tit. 26. §. adoptivus.* 2. Si cum arrogatione vel adoptione jura naturalia concurrunt; Præpos. *in d. §. adoptivus.* 3. Si feudum eo pacto, ut adoptivi suc-

ce-

cederent, datum: *fac. feud. 2. tit. 48.* 4. Si hoc consuetudine vel statuto introductum. Alvarot. Præpos. *in d. §. adoptivus.* Schneidw. *in Tract. Feud. p. 6. num. 21.* Obrecht. *d. disp. thes. 244. cum seqq.*

. *Legitimati*, ut non ejusdem generis, sic nec ejusdem sunt juris. Legitimati enim per *Oblationem Curiæ*, quia jus suitatis tantum consequuntur, non etiam jus agnationis; soli patri, non etiam agnatis in feudis succedunt: Borcholt. *de feud. cap. 7. num. 53.* si quidem ea non ante, sed post legitimationem pater acquisiverit. Sonsbeck. *ad cons. feud. part. 9. num. 66.* Vult. *de feud. c. 9. num. 93.* Sed hæc legitimatio hodie exolevit.

- *Legitimatio per rescriptum Principis*, in feudis non succedunt; *feud. 2. tit. 26. §. naturales. ubi Dd. com.* nisi nominatim ad feuda sint legitimati. Laudens. *ad d. §. naturales. num. 11.* Afflict. *ibid.* Myns. 5. *observ. 42.* Gail. 2. *obs. 142. num. 12.* Nam ubi de Principis contra Jus rescribentis voluntate ex aliqua clausula in rescripto contenta, expresse constat, ea imprimis sequenda est. Dd. *in l. rescripta. C. de precib. Imp. offer.* Haneton. *de feud. lib. 2. cap. 2. num. 7.*

Sed utrum id fieri possit in præjudicium agnatorum, in casu non existentium liberorum, quæritur. Et sane quoad feudum

dum novum res caret ſcrupulo, in quo alias agnati non ſuccedunt. *feud.* 1. *tit.* 14. *in fin.* In feudo antiquo major eſt controverſia, eo quod agnatis ex pacto & providentia primi acquirentis, jus ſit quæſitum. Receptum tamen Principem id facere poſſe. Jul. Clar. §. *feudum. qu.* 82. *num.* 1. & Dd. ibi alleg. Quia jus agnatorum non in re ipſa, ſed in ſpe ſaltem poſitum; nec plene acquiſitum, ſed adhuc acquirendum: hoc facilius, quam illud, tolli poteſt. Gloſſ. *in d.* §. *naturales.*

Principis tamen officii erit, providere, an juſta hujus legitimationis ſubſit cauſa; abſolutam poteſtatem exercere non debet; alias peccatum committeret. *Id enim poſſe dicimur, quod honeſte poſſumus.* c. faciat homo. 22. qu. 2. *Quæ contra bonos mores ſunt, quæ pietatem, exiſtimationem & verecundiam, lædunt, ea nec facere nos poſſe credendum eſt.* l. filius. 15. ff. de cond. inſtit. *Hattyſer. in Analyſ. Jur. feud. cap.* 7. §. *legitimati per reſcriptum.*

Legitimati per ſubſequens matrimonium. Cum & jure Civili, *l. cum quis. C. de natur. lib. Novell.* 12. *cap. ult.* & Canonico, *c. tanta eſt vis. qui filii ſint legit.* una cum liberis naturalibus & legitimis ſimul ſuccedant, & *jure feudali ſuccedunt*, quoniam non invenitur correctum nec immutatum, atque ideo jus commune ſervandum; *per regulam traditam ab Oberto.*

feud.

feud. 2. tit. 1. & probat hoc ipſum Gailius, *2. obſ. 141. eamque ſententiam Camera Imperialis ſecuta eſt.* Mynſ. 4. *obſ.* 42. *ut &* Dd. communiter. Schurff. *conſ.* 56. *cent.* 2. Haneton. *d. lib. 2. cap. 2. num.* 8. Schneidw. *p.* 6. *num.* 12. *& ſeqq.* Arum. *diſp. feud.* 6. *theſ.* 25. Et merito. Quia matrimonium omnia purgat. Gl. *in d. c. tanta.* Weſemb. *conſ.* 44. *num.* 40. *cum* Dd. *ab eod. cit. vol.* 1. Diſſ. Sonsbec. *part.* 9. *num.* 72. Nec obſtat, quod dicitur *feud. 2. tit. 26. §. naturales.* naturales, qui poſtea fiunt legitimi, ad ſucceſſionem feudi nec ſolos, nec cum aliis admitti: Quoniam hoc de liberis naturalibus, qui poſt delatam ſucceſſionem legitimi fiunt, intelligendum: hi non ſuccedunt, ut nec clerici, nec monachi, nec ſervi, quamvis laïci aut liberi fiant. Cujac. *feud.* 4. *tit.* 11. Ratio. *Quoniam in feudis tempus delatæ ſucceſſionis ſpectatur. feud.* 2. *tit.* 106. Nec obſtat etiam *Novell.* 89. ubi per legitimationem integra ſuitas non acquiritur; ſed ex parte patris tantum; Loquitur enim de legitimatis per oblationem Curiæ, quos patri ſaltem ſuos & legitimos fieri conſtat. *juxt. l. communium. C. de natur. lib.* At legitimati per ſubſequens matrimonium etiam liberis juſtis conſanguinei ſunt, & idem jus habent, quod reliquis liberis conceditur. *Novel.* 12. *in fin. ubi* Cujac. Hattyſer. *d. c. §. legitimati ſunt. lit. d.*

Præ-

Prædicta omnia de liberorum successione tum demum procedunt, cum illis non obstat qualitas aliqua, quæ à successione eos repellat; ut, *Si parens eorum sine debita solennitate feudum obtinuerit*; Feud. 1. tit. 25. *Clericatum adsumperit*; Feud. 2. tit. 30. §. ex hoc descendit. Nam qui factus est miles Christi, seculi esse desinit. *feud. 2. tit. 21. Si furiosi, mente capti, aut alias imperfecti sint*. Quia feuda ideo conceduntur, ut Vasalli serviant, *feud. 2. tit. 23. in fin.* At hi ad Feudalia ministeria sunt inutiles. *feud. 2. tit. 36.*

TIT. VI.

De intestata collateralium successione.

DEficientibus descendentibus *Collaterales* ad Feudi successionem admittuntur. *feud. 2. tit. 11 & tit. 50.*

Ii dicuntur omnes, qui ex latere veniunt; veluti *fratres, sorores, fratrum sororumque liberi*, &c. tam *masculi*, quam *fœminæ*.

Horum alii sunt *germani*, qui iisdem parentibus, id est, eodem patre, eademque matre; alii, *consanguinei*, qui eodem patre, diversis matribus; alii *uterini*, qui eadem matre, patribus diversis, nati sunt.

Germani aut *extant soli*, aut *cum con-*

sanguineis, *uterinis*, vel *fratrum sororumque liberis concurrunt.*

Si *extant soli*, jure communi tam fratres masculi, quam fœminæ, succedunt in capita; *Auth. itaque. C. Commun. de success. Novell.* 118. *cap.* 3. jure feudali soli fratres. *feud.* 1. *tit.* 8. *feud.* 2. *tit.* 11. licet partes suas antea refutarint: *feud.* 2. *tit.* 49. modo feuda sint vetera. In novis enim *collaterales* alii aliis *regulariter* non succedunt. *feud.* 1. *tit.* 8. §. *ult. feud.* 1. *tit.* 10. *feud.* 2. *tit.* 11. Licet una investitura feuda acceperint. *feud.* 1. *tit.* 1. §. *cum vero. vers. sin autem.*

Dico, *regulariter*; Excipiuntur enim, *feud.* 1. *tit.* 20. quinque casus: puta 1. Si in constituendo feudo id actum sit: *d. tit.* 20. & *feud.* 1. *tit.* 8. *in fin.* & *tit.* 14. §. *ult.* 2. Si fratres sint consortes & omnium bonorum socii, & vel ambo, vel unus, sciente, *d. feud.* 1. *tit.* 20. non ignorante, *feud.* 2. *tit.* 12. Domino, communi nomine, communive pecunia feudum acquisivit; Cujac. *ad d. tit.* 12. Vult. 1. *cap.* 9. *num.* 106. 3. Si fratres insimul stantes; *d. tit.* 20. id est, *simul habitantes*, Cujac. *ad d. tit.* 12. vel unis in castris militantes equis & armis communibus, feudum adepti sint. *d. tit.* 20. Cujac. *d. loc.* Vult. 1. *cap.* 9. *num.* 106. §. *primum.* & §. *tertio.* 4. Si duobus res aliqua feudi titulo possidenda conjunctim lega-

legata ſit; altero enim hoc caſu deficiente, alter ſolidum, jure non decreſcendi, capiet. Vult. *d. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 106. §. *quarto.* Niell. *diſp. feud.* 6. *theſ.* 1. *lit. b.* 5. Si feudum individuum duobus ſimul conceſſum. *Obſervandæ tamen hic diſtinctiones allatæ à* Sonsbec. *part.* 9. *num.* 83. *verſ. fallit quinto.* Vult. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 160. §. *quarto ſi cuilibet.*

Quod ſi *germani fratres cum conſanguineis* vel *uterinis* concurrant, jure Communi quidem eos excludunt; quoniam ex uno ſaltem latere conjuncti, minus fratres ſunt, quam ex utroque; *Novell.* 118. *c.* 3. ſiquidem duo vincula plus ligant, quam unum; §. *ſed hodie. Inſt. de adopt. Novell.* 84. *cap.* 1. *in fine.* ſed jure feudali ſaltem uterinos; quia cognati ſunt; *l.* 10. §. 1. *ff. de gradib. & affin.* & cognationis jure in feudis non ſucceditur; *Feud.* 2. *tit.* 11. non etiam conſanguineos excludunt; quia agnati in feudis non jure hereditatis, ſed beneficio Domini, ſuccedunt; *d. tit.* 11. *ubi* Bald. & Alvarot. at conſanguinitas eſt agnationis ſpecies. §. *vulgo. Inſt. de ſucceſſ. cognat.* Gail. 2. *obſ.* 151. Roſenth. §. 118. & §. 130.

In feudo tamen fœmineo & mere hereditario germanus frater excludit conſanguineum. Vult. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 108. *in fin.* Niell. *d. diſp.* 6. *theſ.* 3. *lit. a.*

Si germani fratres cum fratrum liberis con-

concurrant, jure communi ſucceſſio fit in ſtirpes; *Novell.* 118. *cap.* 9. & fratrum liberi, ſive maſculi, ſive fœminæ, cum fratribus defuncti ad hereditatem admittuntur; *d. c.* 3. & *Auth. ceſſante. C. de legit. hered.* Jure feudali, ſoli maſculi admittuntur, neque tamen omnes, ſed hi tantummodo, qui ex virili, *feud.* 1. *tit.* 8. §. 1. non ex fœmineo ſexu, deſcendunt. *Feud.* 2. *tit.* 11. ſive ſoli ſint, ſive cum fratrum liberis concurrant: & tum, ſecundum jus commune, ſucceſſio fit in ſtirpes; *feud.* 1. *tit.* 1. §. 2. & *tit.* 8 & *tit.* 14. §. 1. *feud.* 2. *tit.* 11. jure ſcilicet repræſentationis. *d. Auth. ceſſante. ubi* Bald. Zaſ. *de feud. part.* 6. *con.* 6.

Quod ſi *ſoli fratrum liberi extent*, ſucceſſio jure communi, tam veteri, *l.* 1. *in fin. ff. ſi pars hered. pet. l.* 2. §. *hæc hereditas. ff. de ſuis & legit. l. pen. C. de legit. hered.* quam novo; cum hoc illud non mutaverit; *fac. l. ſancimus. C. de teſtam. l. præcipimus. C. de appellat. l. quotiens. ff. de oblig. & act.* fit, non in ſtirpes, ut volunt Accurſ. *in d. Auth. ceſſante.* Bald. Alvarot. *in feud.* 2. *tit.* 95. Iſernia, *in feud.* 2. *tit.* 11. Tiraquell. *du retrait lign.* §. 11. *gloſſ.* 12. *num.* 6. ſed in capita. Azo, *in ſumma. C. de legit. hered.* Salic. *in d. Auth. ceſſante.* Mynſing. 3. *obſ.* 94. Zaſ. *lib.* 1. *reſponſ. cap.* 7. Hottom. *illuſt. qu.* 14. Donell. 9. *com.* 4. Arniſæus, *diſp. feud.* 6.
theſ.

theſ. 30. Quæ ſententia omnibus fere recentioribus, excepto Sonsbec. *part.* 9. *num.* 100. quem ex profeſſo refutat Borcholt. 17. *num.* 30. *pag.* 139. probata, & à Carolo V. in Comitiis Spirenſibus anno 1529 confirmata, & jure feudali obtinet. Cujac. *Feud.* 2. *tit.* 11. Duar. *Tract. Feud. c.* 11. *num.* 14. Haneton. *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. Zaſ. *tract. feud. p.* 8. *num.* 18. Quia contrarium eo jure non eſt proditum, commune ergo juxta regulam, *feud.* 2. *tit.* 1. traditam, ſervandum eſt.

Poſt *fratres fratrumque filios*, & jure communi, *Auth. poſt fratres. C. de legit. hered.* & jure feudali, *feud.* 2. *tit.* 11. *&* *tit.* 50. *in fin. feud.* 2. *tit.* 24. vocantur, qui *gradu* ſunt *proximiores*; proximiores puta Vaſallo defuncto, non primi acquirentis. *d. tit.* 11. *Arniſ. d. diſp.* 6. *theſ.* 31. Et quidem olim tantum uſque ad fratres patrueles, id eſt, quartum gradum; *feud.* 1. *tit.* 8. §. 1. poſt uſque ad ſeptimum, *d.* §. 1. & tandem in infinitum; ſi feudum ſit paternum. *Feud.* 1. *tit.* 1. §. 4. *feud.* 2. *tit.* 31 *&* 50. Mynſ. 4. *obſ.* 25. Gail. 2. *obſ.* 150.

Præter dictam deſcendentium collateralium ſucceſſionem, eſt & alia *adſcendentium collateralium ſucceſſio*; ut patrui, vel patrui magni. Etſi enim, *ut dictum ſupra*, regulariter adſcendentes à ſuc-

cessione in feudis repellantur; non tamen transversales eorum, modo sint ex primo acquirente, removentur, *feud.* 2. *tit.* 19. *in fin. ubi not.* Bald. Borch. *c.* 7. *num.* 85.

Quo casu, si cum Vasalli defuncti collateralibus concurrant, in eo conveniunt, quod nepos ex fratre excludat Vasalli patruum. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 19. *num.* 12. *Novel.* 118. *c.* 3. *in fin. ibi*: *si neque fratres, neque fratrum liberi.*

Non autem, ut vult Sonsbec. *tract. feud. part.* 9. *concl.* 7. patruus magnus à pronepote repellitur; sed, ut jure Civili, *d. Novel.* 118. *c.* 3. ita & hoc, *fac. feud.* 2. *tit.* 1. simul succedunt. Borch. *d. num.* 85. *Confer* Vult. *d. c.* 9. *num.* 110. *sub fin.*

His omnibus deficientibus jure Civili superest *successio Viri & uxoris*; *quæ in feudis*, præterquam ex pacto, *nulla* est: *feud.* 2. *tit.* 15. *feud.* 2. *tit.* 13. etiamsi uterque simul investiatur. *feud.* 2. *tit.* 89. In partem enim deficientem Dominus succedit. *feud.* 2. *tit.* 86. *in fin.* & *fac. feud.* 2. *tit.* 104. §. *fin.* Cujac. *feud.* 1. *tit.* 2. §. *quinimò.*

Tit. VII.

De investituræ petitione.

EXplicato quinto Feudi constituendi modo; sequitur sextus, nempe *Investituræ petitio.* Est

Est ea duplex, alia, *quâ feudi novi*; alia, *quâ antiqui* investitura petitur.

Illa est modus feudi constituendi, & sic propriè hujus loci: *Hæc*, feudi antiqui renovatio. *Utramque*, quia conjuncta non sunt separanda, hoc titulo explicabimus.

Utraque est necessaria. Quoniam est signum reverentiæ, quam Vasallus Domino debet. Jul. Clar. *in §. Feudum, qu.* 49. Quoniam in feudo est præstanda fidelitas, id est, juramentum fidelitatis; *feud.* 2. *tit.* 4. At juramentum à defuncto præstitum, personam ipsius non egreditur. Est enim personale. Covarr. *in c. quamvis. de pactis. in* 6. Ab herede igitur Vasalli de novo præstandum, vel eo maximè, nè dubium reddatur jus Domini, & vetustate temporis obscuretur. Wesemb. *cap.* 8. *num.* 23. Rosenth. *c.* 6. *conclus.* 46. Hattyser. *in Anal. c.* 9. *num.* 1. Vult. *c.* 7. *num.* 58.

Utramque vel Vasallus ipse, vel alius ejus mandato, sive *feudum* sit *novum*, sive *antiquum*, *feud.* 2. *tit.* 9. §. *sed utrum*, & *arg. l. de pretio.* 8. *ff. de Publ. in rem act.* Obrecht. *disp. feud.* 7. *thes.* 10 & 26. instituere potest.

Imò & sine mandato *investituræ petitio*, Vasalli nomine facta, valet, si is eam *ratam habeat*. Schrader. *d. feud. part.* 6. *c.* 3. *num.* 11. Quia ratihabitio man-

dato æquiparatur. *l. semper. 60. ubi Dec. ff. de div. reg. jur. c. ratihabitionem.* 10. & *ibi Dyn. de reg. jur. in 6.*

Ratam habere censetur, si sciens investituram pro se petitam non contradicat; Schrader. *d. p. 6. c. 3. num.* 14 *per not.* Bart. *in l. quo enim.* 12. §. 1. *ff. rem. rat. hab.* si ei, qui investituram petiit, ante annum & diem hoc mandaverit, Schrader. *d. p. 6. c. 3. num.* 15 & 16. *per not.* Alex. Bart. & Jas.

Feudi antiqui investituram, si unus Vasalli defuncti est heres, is; si plures, is qui feudum possidet; si omnes possident, omnes, cujuscunque sint sexus vel conditionis, *not.* Bald. & Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 55. §. *praterea.* Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 63. *in fin.* Rosenth. *de feud. vol.* 1. *c.* 6. *qu.* 31 & 32. ni feuda velint amittere, intra tempus legitimum, petere debent: *arg. feud.* 2. *tit* 26. §. *omnes filii.* & *not.* Zas. *de feud. p.* 7. *num.* 10. modo sint proximiores, *d. feud.* 2. *tit.* 26. §. *omnes.* Schrader. *d. p. 6. c.* 1. *num.* 6 & 8. & puberes. *feud.* 2. *tit.* 24.

Impuberes, sive sint masculi, sive fœminæ, Bald. *in d.* §. *præterea.* & *ibid.* Matth. de Afflict. sive tutores habeant, sive non. Alvarot. & Matth. de Afflict. *feud.* 2. *tit.* 26. §. *si minori.* sive doli capaces, sive non sint; Alvarot. & Præposit. *in d.* §. *minori.* & *not.* Schrader. *d.*

p. 6.

p. 6. cap. 2. num. 25. ad hoc non sunt adstricti. *d. §. præterea. & feud. 2. tit. 26. §. si quis decesserit.* Vult. *d. c. 7. num. 64.* Schrader. *d. p. 6. c. 2. num. 25.*

Petenda *Investitura* à Feudi Domino immediato, Schrader. *d. p. 6. cap. 3. num. 1. & 2.* & illius herede, cui feudum obvenit: Alvarot. & Præposit. *d. Feud. 2. tit. 26. §. omnes filii.* aut, si plures de hereditate defuncti Domini contendant, vel ab eo qui hereditatem possidet; Ferrar. Montan. *de feud. lib. 3. cap. 6. in fin.* vel à petitore; facta protestatione, se id sine fraude facere ejus qui melius jus habere possit: Ferrar. Montan. *d. c. 6. in fin.* sin omnes petant; poterit, propter incertitudinem, investituræ petitio, donec, quæstione finita, constiterit, uter declaretur heres, omitti; & tum à victore petenda. Ferrar. Montan. *d. loc.*

Nec distinguitur quale sit feudum, an *Ecclesiasticum*, an *Seculare*; *novum*, vel *antiquum*; *fac. feud. 1. tit. 25. ubi Feudistæ:* an *sententia judicis*, vel *præscriptione constitutum*. Bald. *in l. 1. num. 24. ff. de rer. divis.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 1. num. 3.*

Imo non tantum feudum, sed & *spes ejus*, ut, cum plures simultaneè investiti sunt, peti debet. Wesemb. *de feud. cap. 8. num. 3.* Hartm. Pistor. *qu. jur. lib. 2. p. 2. qu. 20. num. 31.*

Nec mortuo Domino, *investituræ* petionem remoratur, quod Vasallus feudi Domino & ejus successoribus, vel pro se & suis heredibus fidelitatis juramentum præstiterit: *not.* Curt. *de feud. part.* 4. *num.* 45 & 57. Jacob de S. Georg. *in verb. qui quidem investiti. num.* 6. Schrader. *d. part.* 6. *c.* 1. *num.* 4. Rosenth. *de feud. vol.* 1. *cap.* 6. *qu.* 35. quod pater pro se & filiis feudum acquisiverit; quod pater vel agnatus, filio vel agnato feudum refutaverit vel vendiderit: quod feudum propter patris vel agnati feloniam, ad alium devolutum, vel ob feloniam amissum, & à Domino ablatum, iterum Vasallo concessum sit. *see.* Bald. *consil.* 301. *lib.* 1. Andr. de Isern. & Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 3. §. *sed & res.* & *ibi* Præpos. & Matth. de Afflict. *num.* 33, 34 & 35. Schrader. *d. p.* 6. *cap.* 1. *num.* 4. & 5. Rosenthal. *d. cap.* 6. *qu.* 32 & 33.

Petere *investituram debet* Vasallus, humiliter & devotè, *feud.* 2. *tit.* 23. *post princ.* secundum consuetudines Curiarum, *d. feud.* 2. *tit.* 23. *post princ.* re ipsa Clar. *in commun. opin.* §. *feudum. qu.* 49. instanter, Isern. *feud.* 1. *tit.* 22. *num.* 10. & *ibi* Alvarot. *num.* 13. & Matth. de Afflict. *num.* 97. claris & apertis verbis. Isern. *ad. d. tit.* 22. *num.* 10. & *ibi* Afflict. *num.* 36. *vers. juxta hanc* Gloss.

In *feudo novo*, ut simul fidelitatem ul-

trò.

trò offerat, non est necesse; Wesemb. *de feud. d. c.* 8. *num.* 3 & 4. est in *antiquo. feud.* 2. *tit.* 24. *in princ. in verb. investituram petendo, fidelitatem pollicendo.* & *feud.* 2. *tit.* 40. *in princ. verb. fidelitatem pollicendo, & investituram petendo.* Præpos. Liber Baro Schenck. *feud.* 2. *tit.* 24. Bald. *feud.* 2. *tit.* 3. §. *ult. Diss.* Gloss. Andr. de Isern. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 3. §. *ult.* Jacob. de S. Georg. *in feud. verb. qui quidem investiti. num.* 39. Schrader. *de feud. p.* 6. *c.* 3. *num.* 5.

Tempus, intra quod feudi *novi investitura* peti debeat, Jure Feudorum non est definitum. Sonsbec. *de feud. part.* 11. *num.* 5. & 6. Mozz *de substantial. feud.* Alvarot. & Bald. *feud.* 2. *tit.* 24. Quare Vasallus espectare poterit, donec citetur. *fac. d. tit.* 24. §. 1. Wesemb. *de feud. cap.* 8. *num.* 2. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 21.

Citatione factâ ut compareat & petitionem faciat, necesse est; alioquin post ternam citationem feudo privatur. *feud.* 2. *tit.* 24. §. 1. & *tit.* 22.

Dominus quoque similiter ad *Curiam* tribus edictis vocabitur. Eaque eum hortabitur *verecunde* possessionem vasallo restituere: *ut dic. Imp. in l.* 9. *C. de cond. ob caus. l.* 8. *C. de liber. caus.* aut, *ut loquitur* Obert. *in feud.* 2. *tit.* 22. competenter, id est, moderatè coget. Si non

pareat, eum Vaſallus ad *majorem Curiam* vocabit, & ad extremum in eadem contumacia perſeverantem deprædari, *d. tit.* 22. *in fin.* id eſt, *graſſari* in eum impune, quaſi omni fide ſolutus, poterit.

In *antiquo feudo* ultra annum & diem, petitio (niſi aliter inter Dominum & Vaſallum convenerit. Thom. de Marin. *in* 1. *act. de generib. feud. tit.* 1. *num.* 54. Matth. de Afflict. *feud.* 1. *tit.* 22. Schrader. *de feud. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 81.) differri non poteſt: *feud.* 2. *tit.* 22. *& ibi* Cujac. *& tit.* 24. *tit.* 52. §. *fin. tit.* 55. *in princ. & tit.* 97. nec opus eſt citatione, quemadmodum *in feudo novo*; *feud.* 2. *tit.* 24. *in fin.* ſed Vaſallus ipſe Dominum requirere ac ſe ultro, intra annum & diem (niſi Dominus, Vaſallo conſentiente, brevius tempus præfixerit. Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. qui quidem inveſtiti. num.* 22. *per l. tale pactum.* 40. §. 1. *ff. de pact.* Scheidw. *de feud. part.* 5. *num.* 56.) ad fidelitatem offerre debet. *feud.* 2. *tit.* 40.

Transacto hoc ſpatio. *feud.* 2. *tit.* 55. *in fin. princ.* à tempore ſcientiæ computando, *feud.* 2. *tit.* 9. §. 1. beneficium amittit, *feud.* 2. *tit.* 24. *in princ. feud.* 2. *tit.* 40. & ad Dominum redit. *feud.* 2. *tit.* 55. *in princ.*

Ignoſcitur Vaſallo, ſi *ex juſtis* & *gra-*

vibus

vibus causis investituræ renovationem intra annum & diem non petierit. *feud.* 2. *tit.* 22. *feud.* 2. *tit.* 52. *in fin.* Zaſ. *part.* 7. *num.* 3. Duar. *de feud. cap.* 14. *num.* 3.

Tales ſunt abſentia Domini, *d. tit.* 22. inimicitiæ inter Dominum & Vaſallum, citra hujus culpam, Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 75. natæ; *d. tit.* 22. latronum hoſtiumve incurſus, aquarum inundationes, bellum, morbus ſonticus. *arg. l.* 3. *ff. ex quib. cauſ. major. in int. reſt. l. de ætate. ff. ad SC Trebell.* Sonsbec. *part.* 11. *num.* 23. Goed. *diſp. feud.* 3. *theſ.* 33.

Tit. VIII.
De Investitura Feudi.

HActenus de modis, quibus ad Feudi conſtitutionem pervenitur; dicendum *nunc de modo*, *quo feudum inſtituitur*; Nempe de *inveſtitura*; ſine qua feudum nullo modo conſtitui poteſt. *feud.* 1. *tit.* 25. *Novum* puta: *Antiquum* enim per hanc tantum *renovatur. Utriuſque* tamen *inveſtituram* hoc loco enodabimus, ne conjuncta ſeparentur.

Inveſtitura (ab inveſtiendo dicta; quod per eam Vaſallus poſſeſſione quaſi veſte; induatur: unde & inveſtitio nonnunquam appellatur. *feud.* 1. *tit.* 26. *verſ. teſtes. feud.* 1. *tit. ult.*) eſt contractus; *arg.*

feud. 2. tit. 6. & 26. §. si facta. junct. l. Labeo. 13. ff. de verb. signif. arg. feud. 1. tit. 21. vers. tunc condictio causa data. Cujac. *in prælud. feud. ff. 12. & feud. 1. tit. 4. fac. & feud. 2. tit. 2. §. fin. princ. & feud. 2. tit. 1. in fin. Clar. §. feudum. q. 1.* Wesemb. *de feud. cap. 1.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7. num. 7.* Niell. *disp. feud. 4. thes. 2. lit. b.* Diss. alii. nominatus Rosenth. *c. 1.* §. 4. Schrader. *p. 2. c. 2. num. 3.* Niell. *d. loc. lit. c.* (Habet enim nomen & actionem propriam, quæ contractuum nominatorum nota est. *l. 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. 2. 3. ff. de præscript. verb.*) bonæ fidei, *arg. feud. 2. tit. 7. §. fin. vers. quod si differat. junct. l. 3. C. in quib. caus. in int. rest. l. 22. ff de donat. & arg. feud. 2. tit. 8. pr. vers. nisi pacto. junct. l. in bonæ fidei. 13. C. de pact. l. 7. §. 5. ff. eod. & arg. feud. 2. tit. 8. tit. 25. tit. 46. tit. 80. junct. l. 2. 4. 6. C. de evict. l. 11. §. 2. junct. § 1. ff. de act. empt. l. 9. in princ. ff. de verb. oblig. vid.* Niell. *d. disp. lit. d.* solennis *feud. 2. tit. 2. princ. verb. solemniter.* Vult. *d. c. 7. num. 17. & 20.* Goed. *disp. feud. 3. thes. 1.* quo Dominus Vasallo, fidelitatem non recusanti, *feud. 2. tit. 3. verb. fin. feud. 2. tit. 6.* jus in re Feudali concedit. *feud. 1. tit.*

Est ea vel *propria*, id est, realis & corporalis; vel *impropria*, hoc est, abusiva & verbalis. *feud. 2. tit. 2. ibique* Andr.

de

de Isern. Jacob. de Bellov. Alvarot. Bald. & Comm. Dd. *teste* Clar. 5. *feudum. qu.* 26. *num.* 1. Diff. Vult. *d. cap.* 7. *num.* 11. Cui resp. Ludwel. *in synopsi jur. feud. cap.* 8. *vers. Est autem.*

Propria est, qua rei feudalis possessio revera & actualiter in Vasallum transfertur: *d. feud.* 2. *tit.* 2. sive qua Vasallus, vel alius ejus nomine, præsente *Curia* in possessionem feudi mittitur.

Nam & sine verbis, sola inductione solenni in possessionem, vel ab ipso Domino, vel ab alio ejus nomine & jussu facta, jus feudi translatum censetur. *arg. d. Feud.* 2. *tit.* 2. *in princ.*

Impropria est, quæ fit verbis unà cum actu corporeo; traditione videlicet baculi, sceptri, vexilli, gladii, hastæ, vel annulli. *feud.* 2. *tit* 2.

Utraque vel est *novi beneficii*, vel *veteris. feud.* 2. *tit.* 3. *princ.* & *tit.* 32. & *tit.* 91. Vult. *d. c.* 7. *n.* 8.

Novi Feudi est, ex quo primum originem illud accipit. *feud.* 2. *tit.* 32.

Veteris est, quæ fit à successore Domini vel Vasalli, Domino vel Vasallo mortuo. *d. feud.* 2. *tit.* 32.

Præterea *Investitura*, vel *Simultanea* est, qua plures simul de eodem feudo investiuntur, vel *Non simultanea*, sive *Singularis. feud.* 2. *tit.* 12. & *tit.* 18. Bocer. *tract. de Investit. feud. c.* 2. *num.* 84. & *seqq.*

Simultanea, vel *ſimpliciter* fit, vel *cum pacto mutuæ ſucceſſionis*.

Priori caſu alter alteri non ſuccedit, ſed feudum ad Dominum revertitur: *Poſteriori caſu*, Vaſallo ſine filiis defuncto, ſuperſtes ſimul inveſtitus in partem defuncti ſuccedit. *d. feud. 2. tit. 12. & 18.*

Inveſtituram facit *Dominus* immediatè proximus, non Domini Dominus; *feud. 2. tit. 55. §. illud.* idque vel *per ſe*, vel *per alium*, puta Cancellarium, adminiſtratorem, procuratorem, &c. *feud. 2. tit. 3. §. ſed utrum.* facit & *Domina. feud. 2. tit. 3. verſ. fœmina.* Et *omnis* denique, *qui legitime bonorum ſuorum habet adminiſtrationem*; ſiquidem feudum ſit *novum*: nam quæ de *veteri* fit inveſtitura, etiam à minore fieri poteſt. *Feud. 2. tit. 3. in princ.* Ratio: Quoniam veteris feudi inveſtitura non eſt alienatio, ſed feudi tantum quædam recognitio ſive ἀνάκαμψις, quæ fit gratuito; Cujac. *ad lib. 2. feud. tit. 4. in princ.* illa minoribus eſt interdicta; non *hæc. d. Feud. 2. tit. 3. in pr. ubi not.*

Inveſtituram, tam *propriam*, quam *abuſivam*; Alvarot. *feud. 2. tit. 3. §. ſed utrum.* tam *novi*, quam *veteris feudi*; *arg. feud. 2. tit. 3. & 58. junct. l. de pretio. 8. ff. de Public. in rem act.* accipit *Vaſallus*, vel *per ſe*, vel *per alium*; *feud. 2. tit. 3. §. ſed utrum.* puta geſtorem, *feud. 2.*

tit.

tit. 85. nuntium, *feud.* 2. *tit.* 58. §. *item sciendum.* procuratorem, *d. feud.* 2. *tit.* 3. §. *sed utrum.* servum. *d. tit.* 3. §. *personam vero.*

Fieri debet Investitura *testato:* sine legitima enim testificatione nulla ejus vis est. *feud.* 2. *tit.* 32. & *feud.* 2. *tit.* 2.

Testificatio illa fit vel *testibus*, vel *instrumentis. feud.* 1. *tit.* 3 & 4. Nec obstat *feud.* 2. *tit.* 32. Non enim ibi quodvis instrumentum excluditur, sed illud tantum quod à Paribus Curiæ confirmatum aut subscriptum non est. Bocer. *d. tract. c.* 4. *num.* 51.

Testes hic sufficiunt duo. *feud.* 1. *tit.* 26. §. *si quis.* & *feud.* 2. *tit.* 2. *in princ.* Nam ubi testium numerus definitus non est, duo sufficiunt: Cum pluralis locutio duorum numero sit contenta. *l.* 12. *ff. de testib.* & *feud.* 2. *tit.* 58. §. *quod autem.* Alvarot. *feud.* 1. *tit.* 26. §. *si quis. num.* 1. & 2.

Debent esse, 1. liberi non servi: *feud.* 2. *tit.* 58. §. *quod autem. ibi liberos tamen.* &c. 2. masculi, non fœminæ; *feud.* 2 *tit.* 32. *vers. de veteri.* Cum investituræ solenniter ac publice in cœtu virorum fieri soleant, cui fœminas interesse, non satis sexui & honestati conveniens; *arg. l.* 1. §. 5. *ff. de postul.* 3. denique esse *Pares Curiæ*, non extranei. *d. feud.* 2. *tit.* 2. & *tit.* 32. & *tit.* 33. *vers. nec dicatur.*

Sunt *Pares Curiæ*, *Vasalli* ejusdem

Domini in eodem territorio; dicti ex eo, quod pares ſint inter ſe reſpectu ejuſdem Curiæ, ſive ejuſdem domus & Domini. Duar. *de feud. cap.* 7. *num.* 3. Vult. *de feud. cap.* 7. *num.* 25 & 26. *per feud.* 2. *tit.* 54. *feud.* 1. *tit.* 11. & *feud.* 2. *tit.* 16. & *feud.* 1. *tit.* 26.

Hi præciſe requiruntur, ne quid falſitatis excogitetur in perniciem Domini, aliis teſtibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia; *feud.* 1. *tit.* 26. §. *teſtes.* quæ in *Paribus Curiæ*, quippe qui fidei vinculo arctiori Domino tenentur obſtricti, non ſunt metuenda vel ſuſpicanda. *feud.* 2. *tit.* 58. §. *idcirco.* Deinde etiam ne inopes *Vaſalli* gravioribus onerentur impenſis, Cujac. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 1. *ſtandum.* & ampliorum probationum ſimul ac ſumptuum oneribus divexentur. *feud.* 2. *tit.* 88.

Inveſtitura ergo *ſine Paribus* facta non valet: *d. feud.* 2. *tit.* 33. *verſ. nec dicatur.* Niſi feudum ſit antiquum, *feud.* 2. *tit.* 32. Dominus Pares non habeat; *feud.* 2. *tit.* 2. §. *ſi vero. feud.* 2. *tit.* 33. Habeat quidem; ſed qui ad teſtimonium ferendum inhabiles; Schrader. *de feud. c.* 2. *num.* 10. *arg. l.* 6. *ibique* Gloſſ. & Dd. *ff. qui ſatiſd. cog.* Conſuetudo aut ſtatutum loci extraneos teſtes in inveſtitura admittat; *arg. feud.* 2. *tit.* 1. *in princ.* Schrader. *d. c.* 2. *num.* 11. Bocer. *d. th. c.* 4.

num.

num. 65. Feudum fit Ecclesiasticum. *feud.* 1. *tit.* 26. §. *hæc omnia.*

Pares Curiæ, quos Dominus habet, si absint, nec diutius sint emansuri, Baro de Traut. *ad feud.* 2. *tit.* 2. *n.* 2. *arg. c. un.* §. *ult. ne sede vocant. in* 6. Gail. 2. *obs.* 50. citandi sunt, & in eorum reditum *investitura* differenda. *feud.* 2. *tit.* 33. *vers. nec dicatur.* Nec obstat *feud.* 1. *tit.* 26. *vers. testes.* Nam *absfuerint*, ibi significat, *non fuerint.* Quemadmodum abesse dicitur, qui in rebus humanis non est, *l. mulieris.* 13. §. *fin. ff. de verb. signif.* Gloss. *in d. feud.* 1. *tit.* 26. ibique Jacob. de Bellov. Sonsbec. *p.* 9. *num.* 16. Bocer. *d. c.* 4. *num.* 56.

Quamdiu espectare debeant, cum jure non sit definitum, judicis est æstimare. *fac. l.* 1. *ff. de jur. delib.* Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 33. *num.* 3. Schrader. *d. p.* 5. *c.* 2. *num.* 2. Bocer. *d. c.* 4. *num.* 57. Sonsbec. *par.* 9. *num.* 17.

Si citati nolint venire, non, ut volunt Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 2. *num.* 8. Bald. *feud.* 2. *tit* 33. *num.* 6. Schrader. *d. c.* 2. *num.* 10. & Dd. com. teste Vult. *d. c.* 7. *num.* 27. testes admittendi extranei; sed *Pares* mulctæ dictione cogendi sunt: Cum quia *Pares*, si haberi possunt, omnino ad testimonium adhibendi sunt: *per text. sup alleg.* Tum quia etiam jure communi, ut quis testimonium ferat, cogi

po-

poteſt. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 19. *ff. de teſtib.* Baro à Tautenb. *ad feud.* 2. *lit.* 2. *princ. num.* 2. Vult. *d. loc.* Ludwell. *in Synopſi jur. feud. cap.* 8.

Secunda teſtificationis ſpecies eſt *inſtrumentum* ſuper inveſtitura confectum, ſive *breve teſtatum* : ut Feudiſtæ, Jus Civile imitantes, *l.* 5. *ibique* Cujac. *C. de conven. fiſc. debit. lib.* 10. appellant. *feud.* 1. *tit.* 3. & *tit.* 4. *princ.*

Ut valeat, debet ſubſcriptione teſtium eſſe confirmatum, *feud.* 2. *tit.* 2. & *feud.* 2. *tit.* 32. *verſ. ſed ſi alii.*

Teſtes idonei hic etiam ſunt *extranei* in feudo; puta *veteri*, (In eo enim *Parium* præſentia tantum eſt voluntaria, *feud.* 2. *tit.* 31. *verſ. de veteri*) non in *novo*, ut volunt Zaſ. *in epit. feud. p.* 6. *num.* 3. Cujac. *ad feud.* 2. *tit.* 2. & *alii.* ſed *Curiæ Pares. d. feud.* 2. *tit. verſ. ſi enim domino.* & *feud.* 2. *tit.* 32. *verſ. ſed ſi alii. in fin.* Nec obſtat *d. feud.* 2. *tit.* 32. *verſ. Conſules tamen.* Quia ibi tantum exceptio quoad Mediolanenſium Curiam traditur. Alvarot. *ad d. feud.* 2. *tit.* 32. *num.* 2. Gloſſ. *ad feud.* 2. *tit.* 2. Bocer. *d. c.* 4. *num.* 73.

Inveſtitura non modo *pure*, ſed & *in diem*, ac *ſub conditione poſſibili* & *honeſta*; fieri poteſt. *d. feud.* 2. *tit.* 2. §. 2. & *tit.* 9. & *feud.* 2. *tit.* 35. Roſenthal. *c.* 6. *concl.* 18. *num.* 36. & *cap.* 4. *concl.* 9. Vult. *d. cap.* 7. *num.* 44. & 45.

Hinc

Hinc si quis de feudo adhuc viventis Vasalli in eum casum *si sine herede feudali decedat*, investitur, conditio hæc valida est. *feud. 2. tit. 26. feud. 1. tit.* 3 & 9. Clar. §. *feudum. qu.* 14. Gail. 2. *obs.* 155. Vult. *d. c.* 7. *num.* 48. Schneidw. *part.* 3. *feud. num.* 91. Bocer. *d. tract. c.* 5. *num.* 15. Ludwel. *d. c.* 8. Licet Vasallus feudi possessor legitimos successores, puta filios, habeat. *fac. feud. 2. tit.* 35. Vult. *d. c.* 7. *num.* 49. Quibus tamen ea nullum generatur præjudicium. *feud.* 1. *tit.* 27.

Non interest, utrum huic *investituræ* feudi possessor consentiat, nec ne: quoniam & sine ejus consensu investitura valet. *d. feud. 1. tit.* 26. §. *movet.* & *feud. 2. tit.* 35. Nec obstat *feud.* 2. *tit.* 27. §. 1. Loquitur enim de investitura de feudo Vasalli adhuc viventis pure facta. *fac. feud.* 1. *tit.* 9. *feud.* 2. *tit.* 35. Bocer. *d. c.* 5. *num.* 15. *adde* Jacob. de Bellov. *ad. d. feud.* 1. *tit.* 27.

Si post talem *investituram* feudi possessori nascantur liberi, *investitura*, conditione sub qua facta deficiente, evanescit. *arg. l.* 8. *ff. de peric. & com. rei vend.* & §. 1. *Inst. de emt. vend.* Nisi liberi isti iterum vivo adhuc parente decesserint. Nam, quia conditio, obstaculo isto remoto, adhuc potest existere, investituræ locus est. Vult. *d. c.* 7. *num.* 50. Bocer. *d. c.* 5. *num.* 19.

Pos-

Possunt & aliæ *qualibet pactiones* investituræ adjici, quibus *à feudorum natura*, id est, qualitatibus jure communi insitis, Rosenth. *c.* 1. §. 10, *& c.* 2. §. 38. Coras. 2. *miscell.* 10. *num.* 4. Niell. *disp. feud.* 14. *thes.* 4. *lit. b.* receditur; modo *legibus non sint prohibitæ. feud.* 2. *tit.* 2. §. *ult.*

Istius generis sunt omnes illæ quæ passim in Feudorum libris referuntur; puta *quæ qualia servitia sint præstanda*; feud. 2. tit. 2. §. ult. Isern. Alvarot. ad d. §. ult. *ut nulla servitia*; Mozz. de accident. feud. num. 32. Intrigliol. qu. feud. 10. num. 37. *aut sumtibus domini, præstentur*; feud. 2. tit. 107. *ne fidelitatis juramentum præstetur*: feud. 2. tit. 3. §. ult. in fin. *ut in feudo fœmina*; feud. 1. tit. 1. §. hoc autem. *frater fratri*, d. feud. 1. tit. 1. §. cum vero. vers. sin autem unus. *maritus uxori*, *succedat*; feud. 1. tit. 15. *ut in regali feudo sit successio*, feud. 1. tit. 14. in fin. princ. *pater in feudo filii succedat*; feud. 2. tit. 50. in princ. verb. nisi ex pacto. *Vasallus feudum sine Domini consensu alienare possit*; feud. 2. tit. 13. §. si vero & feud. 2. tit. 48. *ne Vasallus ob non petitam investituram feudo cadat*; Bald. feud. 1. tit. 2. Sylvan. de feud. recognit. qu. 78. *ne si fiat ingratus*, *feudum amittat*, *sed certam pecuniæ summam pœnæ loco solvat*; Mozz. d. c. de accident. feud.

num.

num. 45. Jac. de S. Georg. in tr. feud. in verb. qui quidem investituram. num. 72. *aliæque.*

Legibus prohibitæ sunt; quæ vel sunt *contra feudi substantiam*, vel *turpia & contra bonos mores.*

Istius generis sunt: ne fides præstetur; ut investitura sine solennitatibus à jure quæsitis fiat; ut feudum in alia re, quam immobili, seu æquipollenti, constituatur. Vult. *d. c. 7. num. 55. §. ex quibus jam.* Schoner. *disp. feud. lib. 1. disp. 5. thes. 67.*

Hujus generis sunt; ut feudum ob ingratitudinem non amittatur: Bald. *feud. 1. tit. 2. num. 2. & ibi* Laudens. Alvarot. Præpos. Afflict. ut Vasallus ob filii delictum feudo privetur: Mozz. *de accid. feud. num. 46.* Rosenth. *de feud. vol. 1. c. 6. qu. 23.* ut creditor, pecunia ad diem non soluta, pignus feudi nomine habeat: *feud. 1. tit. 27. & feud. 2. tit. 51. §. pen. vid.* Rosenth. *d. c. 6. q. 20.* ut turpia servitia præstentur. Rosenth. *d. c. 6. §. 30.*

Sed hæc pacta ita rejiciuntur, ut nihilominus investitura feudi subsistat, & hæc pacta in honesta & licita mutentur. *not.* Rosenth. *d. c. 6. q. 22. num. 3 & 4.*

Investitura facta, si quidem sit *propria*, Vasallus utitur re & fruitur. *feud. 1. tit. 8. §. 1.*

Quod si usus ei præcludatur, ut quia res

res ſit evicta, tum aliud feudum ejuſdem bonitatis ſeu quantitatis, *d. feud. 2. tit. 8. in princ.* vel ejuſdem æſtimationis, *feud. 2. tit. 25.* eſt reſtituendum, aut pretium quod ex ſententia Judicis victori Vaſallus exſolvit, refundendum. *d. tit. 25. in verb. vel nummos.*

Sin *inveſtitura abuſiva* ſive *impropria*; in abſentia rei feudalis, (alias enim ea, non tantum jus feudi, ſed & ipſa poſſeſſio translata. *arg. §. item ſi quis. 45. Inſt. de rer. diviſ. l. clavibus. 74. ff. de contr. empt.* Andr. de Iſern. *ad feud. 2. tit. 2. num. 2.* Alvarot. *num. 7.* Borcholt. *de feud. c. 7. num. 7.*) pure, non ſub conditione, quæ nondum exſtitit, *arg. §. 4. Inſt. de verb. oblig. l. 213. ff. de verb. ſignif.* facta fuerit, Vaſallus, non propria auctoritate feudi poſſeſſionem apprehendere, ut volunt D. Alvarot. *ad feud. 2. tit. 2. & alii*, poteſt: *contra l. 3. C. de pignor.* Ludwel. *d. cap. 8. pag. 212.* ſed debet ad traditionem rei feudalis agere; *feud. 2. tit. 26. §. ſi facta.* & Dominum ad tradendum, *d. feud. 1. tit. 26. §. ſi facta. feud. 1. tit. 7. in fin.* & ut ſe in poſſeſſionem vacuam, *feud. 2. tit. 7. in fin.* mittat, *feud. 1. tit. 4. in princ.* cogere. Quoniam inveſtitura eſt contractus ultro citroque obligatorius, ex quo Vaſallus ad ſervitia præſtanda obligatur & præciſe compelli poteſt; Bart. *in l. ſtipula-*

tiones

tiones non. 72. ff. de verb. oblig. Ergo & Dominum vicissim Vasallo obstringi, ad hoc ut rem ipsam, de qua investitura facta est, præcise ac necessario tradere cogatur, æquum est; quia contrahentium æqua debet esse conditio. *l. si id quod. ff. de princ. & comm. rei vend.* Mynſ. 4. *obſ.* 61.

Quod si dominus possessionem tradere differat, omnem utilitatem præstare debet; *feud. 2. tit 7. in fin.* id est, non interesse, quod loco ipsius rei præstetur; (Omnino enim possessionem tradere debet. *feud. 1. tit. 4. feud. 2. tit. 26. §. si facta.*) sed id, quod præter rem feudalem, propter moram in traditione possessionis commissam, Vasallo præstare cogitur. Gloſſ. *ad. d. feud. 2. tit. 7. ibique* Jacob. de Bellov. Cujac. Arum. *disp. feud. 5. thes. 7. in fin.* Jac. de Ardizone, *in sum. feud. c.* 41.

Quodsi dominus rei feudalis possessionem tradere plane recusat, feudi proprietate privari, eaque Vasallo petenti applicari potest. Jacob. de Bellov. *feud. 2. tit. 7. §. ult.* Matth. de Afflict. *feud. 2. tit. 26. §. si facta. num.* 27. Schrader. *de feud. part. 5. c. 2. num.* 17.

Si tamen, *abusivâ investiturâ* de feudo alicui factâ, feudi Dominus de eodem feudo alteri investituram propriam fecerit, primo investito, id, quod sua interest, præstando liberabitur; quia feudi pos-

possessionem ei tradendi amplius facultatem non habet; Gloss. & And. de Isern. Alvarot. *ad feud. 2. tit. 26. §. si facta.* Eritque hoc casu secundo investitus in feudo jure potior, propter ejus realem possessionem sibi primo quæsitam. *arg. l. quoties. 15. C. de rei vind.* Haneton. *de jur. feud. lib. 1. cap. 7. num. 7.* Schrader. *d. p. 5. c. 2. num. 19. vers. neque primo investitus.* Zas. *in epit. feud. p. 7. n. 3.* Wesemb. *de feud. c. 8. num. 16.* Borch. *c. 7. num. 12.* Rosenth. *d. c. 6. concl. 9.* Dd. com. Arum. *disp. feud. 5. thess. 10.* Diss. Ludwell. *d. c. 8.*

Duobus diverso tempore investitis & in possessionem missis, is cui prius investitura facta est, potior erit. Alvarot. *ad d. §. si facta. num. 10.* Zas. *d. p. 6. num. 15.* Schrader. *d. p. 5. c. 2. num. 20.*

Is qui prior sub conditione est investitus, ea existente potior est eo, qui ea pendente & pure fuit investitus, & cui feudum traditum: conditio enim existens ad tempus contractus retrahitur, & perinde habetur, ac si retroversus eo tempore, quo res sub conditione contracta est, sine conditione gesta esset. *l. 11. §. qui petiores. l. 8. princ. vers. idem Pomponius. ff. de peric. & com. rei vend. l. si fundum. 105. ff. de cond. & demonst.* Niell. *disp. feud. 7. thes. 1. lit. b.*

Hinc qui simul cum Vasallo possessore est

est investitus, potior est eo, qui postea de eodem feudo, in casum mortis possessoris sine heredibus, fuit investitus, licet hic post Vasalli mortem prior possessionem occupaverit. Hart. Pistor. *lib.* 2. *qu.* 29. *num.* 35. & *seqq.* Niell. *d. loco.*

Tit. IX.

De Fidelitate.

POst investituram præstanda *Fidelitas*; *feud.* 2. *tit.* 4. *in fin.* & *tit.* 20. sine qua feudum consistere non potest. *feud.* 2. *tit.* 3. *in fin.* Quia feudum dicitur à *fide*, unde qui fidem non præstat, aut præstare recusat, hic nec retinere, nec accipere feudum potest; Licet sit Imperator. *feud.* 2. *tit.* 100.

Fidelitas dupliciter in jure feudali accipitur. *Primo* pro fide, quæ vel juramento, vel sine eo, promittitur: *Feud.* 2. *tit.* 3. *in fin. princ. feud.* 2. *tit.* 5. & *tit.* 6. & *tit.* 7. *Secundo* pro ipso juramento fidelitatis. *feud.* 2. *tit.* 4. *tit* 6. & *tit.* 7. *tit.* 24. §. 1.

In *illo sensu fidelitas accepta*, *forma feudi* est, ita ut sine ea feudum constitui & esse nequeat: ut statim dictum. In *hoc sensu*, *ad naturam feudi tantum pertinet*, ideoque pacto remitti & abesse à feudo potest: *ut infra dicemus.*

Hoc, quia, ut dictum, de natura feu-

di

di eſt, *quivis Vaſallus* ſive per ſe, ſive per ſubſtitutum, *arg. feud. 2. tit. 3. §. 1. feud. 2. tit. 58. §. item ſciendum. verſ. item inveſtitura.* Zaſ. *part. 7. num. 21.* præſtare debet. Niſi pacto ei ſit remiſſum; *feud. 2. tit. 3.* Feudum Eccleſiæ ſit conceſſum; *feud. 1. tit. 13. & 101.* Vaſallus ſit minor, hoc eſt, impubes: *feud. 2. tit. 26. §. ſi minori. & ſeq.*

Per ſe *Vaſallus pubes*; *feud. 2. tit. 26. §. ſi minori.* ſive ſit *Laicus*, ſive *Clericus*; *arg. c. nuper nobis. 15. de teſtib. cap. verum. de foro comp. c. minus. c. petitio. de jurejur.* Alvarot. *feud. 2. tit. 5.* ſive *maſculus*, ſive *fœmina*; Specul. *in §. quoniam. num. 41. de feud.* Schrader. *de feud. part. 6. c. 6. num. 8.* ſive *major* ſit eo, cui id præſtare debet, ſive *non. feud. 2. tit. 5. §. ult. ſec.* Alvarot. Præpoſ. *feud. 2. tit. 40.* Zaſ. *de feud. p. 5. num. 7.*

Vaſallo mortuo ejus heredes, ſi feudum retinere velint, jurare debent; *feud. 2. tit. 3. in fin.* Licet ille feudum pro ſe & & ſucceſſoribus ſuis acceperit: Alvar. Matth. de Afflict. *feud. 2. tit. 24. in princ.* Et quidem ſi plures habeat heredes, is ad quem feudum pervenit; *feud. 2. tit. 26. §. omnes filii.* ſin ad omnes pervenit; omnes & ſinguli: *d. §. omnes filii.* ſive feudum pro diviſo, ſive pro indiviſo, poſſideant. *feud. 2. tit. 55. §. præterea Ducatus.*

Sed

Sed *hoc casu*, quot sunt partes, tot etiam possessores illarum præstant fidelitates; *feud. 2. tit. 77. Illo* non nisi unam. *d. feud. 2. tit. 77.* Vult. *de feud. lib. 1. c. 7. num. 91. §. verum. vers. rectius fortassis.*

Possunt etiam *juramentum* præstare Vasalli minores, *per Tutores & Curatores*; si quidem hi velint; non enim coguntur: *feud. 2. tit. 26. §. si quis decesserit.* & si velint, mandato speciali non indigent: Mozz. *de feud. de substant. feud. part. 6. c. 4. num. 34.* Vult. *de feud. c. 7. num. 34.* alii Vasalli *per procuratores* speciale ad hoc mandatum habentes: *feud. 2. tit. 3. §. sed utrum. & ibi* Præpos. & Matth. de Afflict. Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. qui quidem investiti, num. 16.* Diff. Bald. *in l. 1. q. 16. ff. de rer. divis. & in c. 2. Ext. de ord. cogn.* universitas & collegia *per Syndicos.* Specul. *tit. de feud. num. 24.* Jac. de S. Georg. *de feud. in verb. qui quidem investit. num. 25.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 4. num. 24.*

Præstari *juramentum* debet *feudi Domino*, *feud. 2. tit. 26. §. omnes filii.* Clar. *in §. feudum. qu. 49. num. 11.* & quidem soli, non ejus filio; *feud. 1. tit. 22. & tit. 40.* Præpos. *feud. 2. tit. 5. num. 4.* si plures sunt Domini, & feudum diviserunt, ei qui ex divisione illud totum est consecutus: *feud. 2. tit. 77.* Hart. Pistor. *qu. jur. lib. 2. part. 2. qu. 47. num. 79.* si

F non

non diviſerunt; non omnibus, *ut quidam putant:* ſed uni tantum; quem ipſi Domini, aut, ſi inter eos conveniri nequeat, ipſe Vaſallus elegerit; Clar. §. *in com. ſent. qu.* 49. *num.* 11. Piſtor. *d. qu.* 47. *num.* 27. Roſenth. *de feud. vol.* 1. *c.* 6. *qu.* 38. ita tamen ut hic omnium & ſingulorum nomine fidelitatem accipiat. Hartm. Piſtor. *d. qu.* 47. *num.* 24. Obrecht. *diſp. feud.* 9. *theſ.* 97. & *ſeqq.*

Præſtari debet in *quovis feudo*, ſive exiguum ſit, ſive magnum; cum jus feudale generaliter & indiſtinctè fidelitatis præſtationem requirat. *feud.* 2. *tit.* 3. §. 1. *in fin.* Vult. *d. c.* 7. *num.* 39. Roſenth. *d. loc. qu.* 32. *num.* 8. *cum ſeqq.* Bocer *de feud. c.* 4. *num.* 13. Diſſ. Bald. Afflict. Schrad. Sonsbec. Mozz. Weſemb. *c.* 15. *num.* 7.

Hinc etiam non refert, feudum ſit *francum*, an *non francum:* Cum per textum generalem in *feud.* 2. *tit.* 3. §. 1. *in fin.* tum quod feudi natura in aliquo mutata, quoad reliqua propriam feudi naturam retineat. *feud.* 2. *tit.* 48. Bocer. *d. c.* 4. *num.* 14 Diſſ. Weſemb. *d. c.* 8. *num.* 20.

Idem ergo dicendum de feudo, ex quo Vaſallus annuum canonem Domino præſtare tenetur. Bocer. *d. c.* 4. *num.* 15. Ludwel. *in ſynopſi jur. feud. cap.* 14. Diſſ. Curt. *part.* 3. *membr.* 1. *num.* 7. & *alii.*

Cavere debet Dominus, ne à Vaſallo ſuo

ſuo inſolitum & inauditum fidelitatis juramentum exigat; Nam hujuſmodi jusjurandum per vim, vel juſtum metum extortum crederetur. Bald. *in feud. 2. tit. 5.* & *ibi* Alvarot. & alii.

Præſtabitur ergo hoc *jusjurandum* ſecundum formam ab Ortenſio nobis traditam, *in feud. 2. tit. 5* & *6* & *7.* vel ſecundum eam, quæ in loco, ubi præſtari debet, ſpeciali uſu recepta eſt & inolevit: Haneton. *de feud. lib. 1. c. 11.* vel qua partium conventione conſtituta. Dd. comm. *feud. 2. tit. 5, 6, 7.*

In eo fidelitatis juramento hæc continentur: *Incolume*, *Tutum*, *Honeſtum*, *Utile*, *Facile*, *Poſſibile*, & poſtremo *Auxilium*, *Conſilium. d. feud. 2. tit. 6. ubi vide.*

Quæ omnia *nominatim* exprimi debent, ſi jurans ſit homo ſimplex & ſignificationis nominis fidelitatis ignarus: *d. feud. 2. tit. 7. poſt princ. d. feud. 2. tit. 5.* ſin vero eam ſignificationem cognitam habeat, generaliter in hunc modum jurare ſufficiet: *Ego N. Vaſallus ſuper hæc Sancta Euangelia juro, quod ab hac hora in antea, uſque ad ultimum vitæ meæ diem, Tibi N. Domino meo, contra omnem hominem, excepto ſummo Pontifice, Imperatore, vel Rege, vel priore Domino meo, fidelis ero. d. feud. 2. tit. 7. in princ.*

Juramentum præſtitum obligat non mo-

modo *Vasallum*, sed & *Dominum: feud. 2. tit. 6. in fin.* Quoniam quam exspectat fidem, eandem & Vasallo præstare cogitur: *d. feud. 2. tit. 6. in fin.* Nam quod quisque juris in alium statuit, eodem & ipse uti debet. *feud. 2. tit. 33. §. in quibus. & tot. tit. ff. quod quisque juris*, &c.

Vasallum obligat ad obedientiam vel ad pœnam, quæ est perfidia, & feudi amissio: *feud. 2. tit. 24. Dominum*, ut Vasallum in possessionem mittat. *feud. 2. tit. 7. in fin.*

TIT. X.

De Jure Domini.

FEudo constituto nascitur *obligatio* ultro citroque efficax. Conceditur enim (ut dictum) tam *Domini*, quam *Vasalli gratia. Illius*, ut habeat eum, in quem beneficium contulit, sibi fide & officio devinctum & ad servitia obligatum; *feud. 2. tit. §. 1. vers. nulla autem, & tit. 5. & tit. 23. in fin. Hujus*, ut propter servitia & fidem beneficiis & benevolentiâ Domini cum suis in gaudio utatur, fruatur *feud. 2. tit. 3. vers. inprimis. & tit. 23. in fin.*

Dictæ obligationis effectus; partim *in jure*, quod utrique competit; partim *in actione*, quæ inde datur, consistit. De *jure* prius, postea de *actione*, tractabimus.

Jus Domino competit vel respectu *rei*

feudalis: vel respectu *personæ Vasalli*. Ludwell. *in synopsi Feud. cap.* 14. *vers. Effectus.*

Quoad *rem feudalem*; quod habeat jus directi dominii. Ususfructus enim, & quasi dominium, tantum in Vasallum transit; *feud.* 2. *tit.* 23. quod extincto feudi jure ad Dominum revertitur. *feud.* 2. *tit.* 24. & *arg.* §. *ult. Inst. de usufruct.*

Quoad *Vasallum*; quod is ipsi debeat & *reverentiam*, etiam sine ulla requisitione vel admonitione; Wesemb. *d. c.* 10. *num.* 14. & *officiorum exhibitionem.*

Reverentia illa, *fidem*, *obsequia*, & *honorem* Domino præstandum, complectitur. *arg. Feud.* 2. *tit.* 22. Ludwell. *d. loc.*

Hinc Vasallus Dominum, nisi perduellionis crimen commiserit, *arg. Feud.* 2. *tit.* 24. *ibique* Gloss. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 3. Rittershus. *lib.* 2. *cap.* 1. *qu.* 8. nec accusare; *Feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. item si delator. Feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter.* 2. nec ab eo calumniæ juramentum exigere; *d. Feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter.* 3. nec ullam actionem famosam adversus illum intentare; *arg. Feud.* 2. *tit.* 7. nec interdicto Unde vi adversus eum experiri; *Feud.* 2. *tit.* 22. & *arg. l.* 1. §. 43. *ff. de vi & vi arm.* Alvarot. *ad d. Feud.* 2. *tit.* 22. *p.* 2. *num.* 9. *vers. opponitur.* Zas. *p.* 11. *num.* 23. Rittershus. *d. c.* 1. *quæst.* 7. Diss. Borch. *c.* 3. *num.* 18. Vult. 1. *de Feud. c.* 11.

num. 27. Rosenthal. *c.* 10. *concl.* 23. *num.* 3. nec (extra causam feudalem, Zas. *p.* 10. *num.* 49. Setz. *disp. feud.* 9. *thes.* 8. *lit. c.*) sive in civili sive in criminali causa, testimonium sponte, (Coactus excusatur. Gloss. *in feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. item si delator.* & *feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter.* Cum nulla ipsi culpa imputari possit. Alvarot. *ad d. vers. item si delator. num.* 4. Zas. *d. p.* 10. *num.* 49. Vult. *d. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 27. Borch. *d. c.* 8. *num.* 128.) contra eum dicere; *Feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter. arg. l.* 4. *ff. l.* 12. *C. de testib.* Rittershus. *d. c.* 1. *qu.* 10. potest.

In jus eum sine venia vocare, nec Civili, nec feudali, jure prohibetur. Gloss. *Feud.* 2. *tit.* 22. *ibique* Alvarot. *n.* 8. Bald. *num.* 24. Clar. §. *feudum. qu.* 25. Vult. *lib. un. disc. scholast. c.* 1. *in fin.* & *d. c.* 10. *n.* 22. Hartm. *in obs. pract. tit. de feud. obs.* 44. Fachin. 10. *contr.* 89. Mynf. 4. *obs.* 42. Gail. *de pignorat.* 15. *obs. num.* 4.

Officia, quæ Vasallus debet, in *consilio* & *auxilio* præstando consistunt. *Feud.* 2. *tit.* 6.

Consilium non tantum ipse fidele Domino dare, sed & Domini sui secreta tacere, debet. *d. feud.* 2. *tit.* 6. & *c. de forma.* 22. *qu.* 5. Vult. *d. c.* 10. *num.* 23.

De *auxilio* tria videnda sunt. 1. *In quibus causis.* 2. *Contra quos.* 3. *Cujus sumptibus* sive impendiis præstandum sit.

Ad

Ad primum quod attinet, distinguendum est, utrum Domini *causa* sit *justa*, an *dubia*, an vero notorie *injusta*.

Si *justa*, vel *dubia*; Vasallus eum omnino, ni feudo privari velit, tenetur, vel per se, vel per substitutum, domino acceptabilem; *feud. 2. tit. 55. §. firmiter.* tam in defendendo, quam offendendo, armis adjuvare. *feud. 2. tit. 7. vers. etsi sic vero. & feud. 2. tit. 28. & ibi* Bald. Wurmf. *de feud. obs. 37.* Hartm. *tit. eod. obs. 32. num. 1.*

Si *causa* notorie sit *injusta*, in defendendo quidem ipsum adjuvare tenetur, non in offendendo alium, quamvis si velit, possit. *feud. 2. tit. 28. in princ.*

Auxilium Vasallus Domino ferre debet *contra omnes homines*, *feud. 2. tit. 7.* etiam fratrem, filium, parentem: *feud. 2. tit. 28. in fin.* sive hic patriam, religionem, impugnet, sive non. *p. d. tit. 28.* Jacob. de Bellovis. *ad §. fin. & ibi* Bald. *num. 1.* Alvarot. *num. 1.* Andr. de Isern. *num. 31.* Nec obstat, ut volunt Zas. *p. 7. num. 30.* Forner. *de commod. quod dom. ex feud. perc.* Bocer. *class. 4. disp. 16. thes. 22.* quod patri, & jure Divino, & naturæ, reverentia debeatur. *l. 2. ff. de just. & jur. Coloss. 3. vers. 10. Ephes. 6. princ.* Nam frustra leges invocat, qui contra eas committit: *l. 37. in fin. ff. de minor.* ut hic pater, qui Dominum inju-

ste lædit. Vult. *d. c.* 10. *num.* 33. *in fin.*

Excipitur, Imperator, Rex, seu Princeps, *feud.* 2. *tit.* 7. & *tit.* 55. *in fin.* puta superiorem non recognoscens; Vult. *d. c.* 10. *num.* 29. Patria Vasalli: *arg. l.* 35. *ff. de relig. & sumpt. fun.* Borch. *c.* 7. *num.* 49. Vult. *d. c.* 10. *num.* 32. Vasalli persona, quia ordinata caritas à se ipsa incipit. *arg. l.* 6. *C. de servitut.* & in generali sermone persona loquentis excipitur: *l.* 29. §. *ult. ff. de pign. & hypoth. l.* 18. *C. de solut.* Gloss. *ad feud.* 2. *tit.* 28. §. *fin.* & *ibi* Alvarot. Bald. Dominus antiquior: *d. feud.* 2. *tit.* 28. §. *fin.* qui enim prior tempore, jure quoque potior esse debet; *l.* 11. *princ. ff. qui potior. in pign. hab.* & jus acquisitum, ab alio, nemini auferri debet. *l.* 11. *ff. de reg. jur.*

Antiquior est non tantum, cui prius juramentum præstitum est, sed etiam quem priorem habuit is, qui primus feudum acquisivit. *feud.* 2. *tit.* 92. §. *satis bene.*

Si uterque Dominus contra diversos bellum gerat, utrique servire debet; sed si uterque ejus personam requirat, antiquior potior erit. Rosenth. *d. loc. c.* 8. §. 14. Niell. *disp. feud.* 7. *thes.* 3. *lit. e.*

Vasallus ad auxilium vocatus (Indicari enim ei primum servitia debent. sec. Interpr. com. *per feud.* 2. *tit.* 7. & *tit.* 26. §. *licet.* & *tit.* 28. §. *ad hæc.* & *tit.* 37. §. *fin.*

§. *fin.* Borch. *c.* 1. *num.* 24. Hattyf. *c.* 10. *num.* 6. Schenck Baro. *p.* 5. *num.* 97. Nisi sciat magnum periculum imminere Domino, quod is vel ignorat, vel Vasallo denuntiare non potest, vel moram non patitur. *Feud.* 2. *tit.* 26. §. *licet.* Rittershuf. *d. c.* 1. *qu.* 18.) *propriis sumptibus* si feudum sit opulentum; sin non, *Domini*, servire debet: *arg. l.* 18. *ff. de oper. libert.* Jacob. de Ardiz. *c.* 5. Haneton. *lib.* 1. *c.* 10. Zaf. *p.* 7. *num.* 44. Wesemb. *c.* 10. *n.* 13. Rosenth. *c.* 6. *concl.* 29. & 30. Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 6. *c.* 4. sive intra districtum & territorium, quo Vasallus habitat, ad auxilium ferendum sit vocatus, sive extra. *arg. feud.* 2. *tit.* 23. & *tit.* 54. *in fin. junct. l.* 18. *ff. de oper. libert.* Vasq. *ill. qu.* 1. *cap.* 6. *num.* 4. Bocer. *d. disp. thes.* 25. *lit. b.* Rittershuf. *de feud. c.* 1. *qu.* 33. Diff. Zaf. *p.* 7. *num.* 46. Borch. *c.* 1. *num.* 27. Rosenth. *c.* 8. *concl.* 24. & *alii.* Non obstat *feud.* 2. *tit.* 107. Quia dictus titulus est extraordinarius, & contra rationem Juris Civilis & Feudalis auctoritatem nullam habet. Rittershuf. *d. c.* 1. *qu.* 34. Ludwell. *d. c.* 14.

An feudum sit modicum, an magnum, judex ex arbitrio videbit. Menoch. *de arbitr. jud. cauf. cent.* 3. *c.* 14.

Damnum, quod Vasallus in expeditione pro domino suscepta fecit; puta si

equos, arma, amiserit; ei Dominus resarcire non tenetur. *arg. l.* 2. §. 1. *ff. de leg. Rhod. de jact. l.* 23. *ff. de divers. reg. jur.* Rittershus. *d. c.* 1. *qu.* 35. Bocer. *d. disp. thes.* 26.

Excusatur Vasallus ab auxilio præstando, qui propter ætatem, vel alium defectum, est inhabilis. Debet tamen vel substitutum Domino acceptabilem mittere, vel partem redituum, pro quantitate feudi, subministrare. *feud.* 2. *tit.* 40 & 55. §. 1. Rittershus. *d. c.* 1. *qu.* 31.

Si Dominus inops sit, *Vasallus*, exemplo liberti, *l.* 5. §. 18. *ff. de agnosc. & alend. lib.* Everhard. *in Topic. legal. loc. à libert. ad Vasall.* eum alere tenetur: cum quia eum incolumem servare; *Feud.* 2. *tit.* 6. tum quod in necessitatibus ipsi subvenire debet, *Feud.* 2. *tit.* 26. inter necessitates autem primum locum sibi vindicat egestas & fames. *l.* 1. *C. de oper. libert. c.* 3. *Ext. de furt. l.* 2. *C. de patrib. qui filios distr.* Diss. Zas. *p.* 7. *n.* 48. Clar. §. *Feudum. qu.* 23. & *com. Dd.* Domini inopis filiam dotare non tenetur: Forn. *de feud. c. de commod. quod Dom. ex feud. perc. vers. Dominum feudi*, &c. quia id nusquam in jure feudali expressum, & regulariter *Vasallus* ad servitia, non contributionem pecuniariam, obligatus est. *feud.* 2. *tit.* 23. *in fin.* Ludwel. *in synopsi feud. tit.* 14. Nisi consuetudine aliud servetur.

Zaſ. *d. p.* 7. *num.* 50. Weſemb. *c.* 10. *num.* 18. Haneton. *lib.* 1. *cap.* 10. Dominum carcere occluſum, ſive fidejubendo pro eo, ſive alia ratione ei ſubveniendo, liberare tenetur: *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *verſ. item ſi delator. Novel.* 115. *c.* 3. §. 8. Rittershuſ. *d. c.* 1. *qu.* 42. Ludwell. *d. loc.* nullâ, ut vulgo faciunt Doctores, Zaſ. *d. p.* 7. *num.* 47. Clar. *d. §. feudum. qu.* 24. Weſemb. *d. c.* 10. *num.* 7. Schrader. *p.* 9. *c.* 8. *num.* 8. utrum ab hoſtibus captus, an ob æs alienum in vincula conjectus ſit Dominus, facta diſtinctione. Nec obſtant *feud.* 2. *tit.* 26. §. *licet.* & *feud.* 2. *tit.* 39. §. *fin.* Loquuntur enim de liberatione à perjurio: non carcere; quæ multum differunt. Rittershuſ. *d. c.* 1. *qu.* 42. Ludwel. *d. loc.*

Præter dicta, etiam *Vaſallus forenſia ſervitia* domino præſtare tenetur.

A Domino itaque, aut ejus vices gerente, in foro feudali comparere, & de cauſa feudali cum Convaſallis cognoſcere & judicare juſſus, ſi contumaciter recuſet aut negligat, mulcta damnari & puniri poteſt. *Dd. in feud.* 2. *tit.* 55. & *ibi gloſſ. arg. l.* 2. *ff. de in jus vocand.* Hanet. *d. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 14.

Tit. XI.

De Jure Vasalli.

VIdimus præcedenti titulo de *Jure Domini*; videamus nunc de *Jure Vasalli*.

Hoc partim circa *personam Domini*, partim *circa rem*, quæ in feudum data est, consistit.

Circa *personam Domini*; ut *Dominus* eum defendat non tantum in judicio civili, cum de feudo convenitur; (Tum enim *Vasallus* potest *Dominum*, ut adversario respondeat, vocare; si non fecerit *Dominus*, feudumque evictum fuerit; debet aut aliud feudum æque bonum, aut nummos, ex quibus tale comparare possit *Vasallus*, præstare: *feud.* 2. *tit.* 25.) sed etiam ni feudi proprietate privari velit, *feud.* 2. *tit.* 26. §. *domino.* & *tit.* 47. si potest, etiam adversus liberos, parentes, fratres suos, Gloss. *feud.* 2. *tit.* 28. *in fin.* in bello justo, *Vasallo* opem ferre. *Feud.* 2. *tit.* 25. Cum Dominus ad mutuam vicem in omnibus fideli suo, juramento excepto, obligatus sit. *Feud.* 2. *tit.* 6. Haneton. *de Feud. lib.* 1. *tit.* 1. Proinde nec potest à *Domino Vasallus* accusari; *Feud.* 2. *tit.* 33. §. *pen.* & *ibi* Gloss. *in verb. accusare.* nec injuria affici; *Feud.* 2. *tit.* 26. §. *domino.* nec sine causa feudo privari. *Feud.* 2. *tit.*

9. *in*

9. *in fin.* & *tit.* 34. §. *ex eadem. Feud.* 1. *tit.* 7. *Feud.* 2. *tit.* 24. & *Feud.* 1. *tit.* 21.

Vasallus *ratione rei* habet *possessionem*; *Feud.* 2. *tit.* 7. §. 1. *Feud.* 2. *tit.* 8. §. 2. & *tit.* 22. *princ.* & *tit.* 26. naturalem puta; Ludwell. *Syn. Feud. cap.* 15. & jus dominio proximum. *Feud.* 2. *tit.* 8. utile Doctores vocant. Zas. *part.* 6. *num.* 34. Wesemb. *c.* 9. *num.* 4.

Hujus effectus versatur in libera, eaque legitima, rei dispositione; *Feud.* 2. *tit.* 52. & *tit.* 53. & *tit.* 23. & *tit.* 24. fructuum tam naturalium, & industrialium, quam civilium, *arg. Feud.* 2. *tit.* 23. *in fin.* & *Feud.* 2. *tit.* 55. Bocer. *disp. feud.* 16. *thes.* 43. Rittershus. *de Feud. c.* 2. *qu.* 5. perceptione; *Feud.* 2. *tit.* 45. *tit.* 28. §. *fin. tit.* 86. *tit.* 43. *tit.* 8. §. *fin. arg. l. certum.* 22. *C. de rei vind.* Zas. *part.* 6. *num.* 35. tam ex re, quam occasione ejus, ex incremento aliunde, forte per alluvionem, accedente; *Feud.* 1. *tit.* 4. §. *fin.* & *ibi* Bald. *ad* §. *si quis de manso.* 5. *num.* 11. & *ibid.* Cujac. Nisi Dominus partem aliquam feudi sibi reservarit: hoc enim casu incrementum sive latens sit, sive apparens, ad ipsum Dominum spectat: *Feud.* 1. *tit.* 4. §. *pen.* Rittershus. *d. c.* 2. *num.* 3. Deinde nisi fundus fuerit limitatus: in eo enim alluvioni, & aliis incrementis, locus non est. *l. in agris.* 16. *ff. de acq. rer. dom. l.* 1. §. 6. *ff. de flumin.* Andr. de Isern. Bald.

& Alvarot. *ad d. §. pen. feud.* 1. *tit.* 4.

Jus tamen *Vasalli*, rei detrimentum non admittit, neque *Vasallus* quicquam, quo vera rei substantia deterior reddatur, attentare potest. *Feud.* 2. *tit.* 8. §. *econtrario.* & *tit.* 27. *in princ. vers. quicunque.* & *tit.* 23. *arg. l. si cujus.* 13. §. *fructuarius. l. in fructuario.* 44. *ff. de usufr. junct. princ. Inst. eod.* Gail. 2. *obs.* 154. Hottom. *disp. feud.* 35.

Hinc *servitutem*, *realem* puta, *arg. rubr. ff. de servitut.* fundo feudali non tantum *acquirere*; *d.* §. *econtrario.* sed & *imponere*, potest. Quia hæc impositio feudi conditionem deteriorem non facit; cum tantum Vasallo, non Domino, nec agnatis, noceat. *per feud.* 2. *tit.* 8. §. *rei autem.* Bald. Alvarot. Andr. de Isern. Clar. §. *feudum. qu.* 37. *num.* 1. Hart. *tit. de feud. obs.* 28 & 35. Rosenth. *c.* 9. *conclus.* 11. Rittershus. *d. c.* 2. *qu.* 9. Diss. Dd. commun.

Servitutem personalem, ut usumfructum, sine consensu domini in re feudali constituere non potest. Quia omnis *alienatio*, quæ domino feudi præjudicio esse potest, prohibita est; *feud.* 2. *tit.* 52. & *tit.* 55. usumfructum autem constituere, alienare est: *l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* & quidem cum domini præjudicio; cum Vasallus alii usumfructum constituens, necessariis sumptibus destitutus,

tutus, Domino servitia præstare nequeat. Jacob. de Ardiz. *c.* 113. Joan. Blanc. *lib.* 2. *c.* 1. *num.* 81. Alvarot. *ad Feud.* 2. *tit.* 55. Clar. *d.* §. *qu.* 37. *num.* 2. Wesemb. *c.* 11. *num.* 5. Borcholt. *cap.* 8. *num.* 64. Rosenthal. *d. cap.* 9. *concl.* 10.

Alienationis nomine etiam omne id prohibetur, quod cum ea conferri potest: *l. alienationis. ff. de verb. signif.* ut in solutum datio, *l. apud Celsum. §. auctoris. ff. de except. doli. l. fin. ff. qui & ex quib. caus. in poss. eat.* in emphyteusin concessio; Gloss. & Dd. *in feud.* 2. *tit.* 52. Curt. *de feud. part.* 2. *num.* 91. Zas. *p.* 9. *num.* 12. dotis aut donationis propter nuptias constitutio; *feud.* 2. *tit.* 9. §. 1. *& tit.* 39. *in princ.* Rosenth. 9. *concl.* 9. Wurms. *obs.* 19. *de feud.* Wesemb. *c.* 11. *num.* 4 oppignoratio; *feud.* 2. *tit.* 8. §. *fin. feud.* 1. *tit.* 5. *princ. vers. aut si libellario. & tit.* 28. Zas. *p.* 9. *num.* 6. Rosenthal. 9. *concl.* 15. in hypothecam datio; cum tam per hanc, quam per oppignorationem ad alienationem perveniatur; *l. is qui actionem* 15. *l. rem in bonis.* 52. *ff. de acq. poss. l. id apud se. ff. de verb. sign. §. item Serviana. Inst. de act.* Wesemb. *c.* 10. *num.* 5. Vult. *c.* 10. *num.* 43. *& seqq.* Sonsbec. *p.* 12. *num.* 100. Diss. alii. item alienatio, quæ per libellarium contractum sit; Sonsbec. *p.* 6. *num.* 71. Mozz. *de amiss. feud. num.* 130. & alia similia.

de quib. vide Vult. *d. c.* 10. *num.* 45. *cum seqq.* Borch. *c.* 5. *num.* 28. & *seqq.*

Alienationis verbo cum revera non veniat divisio, *l. voluntas. C. de fideicom.* ideo Vasallus feudum dividere potest; *feud.* 2. *tit.* 55. §. 1. *vers. præterea.* Nemo enim in communione, quæ plerumque discordias alit, *l. si non sortem.* §. *si cautum. ff. de condict. ind.* invitus manere cogitur. *l. cum pater.* §. *dulcissimis. ff. de. legat.* 2.

Sed hoc ita, si *feudum* sit *parvum*; sin *majoris momenti*; ut puta, Ducatus, Marchionatus, &c. dividi non potest. *d. feud* 2. *tit.* 55. §. 1. *vers. præterea.* & *ibi Dd. com.* Curt. *tract. de feud. part.* 4. *num.* 121. *vide* Gail. 2. *obs.* 153.

Potest etiam *Vasallus* feudum, sed non fraudulenter, alteri *locare: feud.* 2. *tit.* 9. §. *donare.* quoniam locatio alienatio non est: *l. non solet.* 39. *ff. locati.* nulla hic, ut vulgo faciunt Doctores; *per l.* 1. §. 3. *ff. de superficieb.* Clar. *d.* §. *Feudum. qu.* 33. Zas. *p.* 9. *num.* 12. Borch. *d. cap.* 8. *num.* 36. Vult. *d. c.* 10. *num.* 48. Rosenthal. *d. c.* 9. *concl.* 7. *num.* 8 & 9. inter locationem, quæ fit ad tempus modicum, & quæ ad longum, puta decem vel plures annos; facta distinctione: cum quia textus juris feudalis non distinguit; *in d. feud.* 2. *tit.* 9. §. 1. *vers. donare.* adeoque indistincte accipiendus: *arg. l.* 8. *ff. de Publ. in rem*

act.

act. tum quia per locationem neque dominium, *d. l. non solet.* 39. *ff. locat.* neque possessio transire solet: *l. si quis.* 10. §. 1. *ff. de acq. poss.* tum denique quia nec locatio in longum tempus domino quicquam præjudicat, cum *Vasallus* mercedem accipiat, proindeque ad servitia præstanda nihilominus sit habilis & idoneus. Alvarot. *ad feud.* 2. *tit.* 55. *num.* 17. Ludwell. *d. c.* 15.

De feudo *transigere* sine Domini consensu itidem *Vasallus* potest; modo bona fide, & absque fraudulento consilio, id faciat; *feud.* 2. *tit.* 26. §. *si Vasallus de beneficio.* & *tit.* 43. idque non tantum decidendi, ut volunt. Dd. Bald. *ad d. feud.* 2. *tit.* 43. *num.* 6. ibique Andr. de Isern. & Alvarot. Clar. *d.* §. *feudum. qu.* 38. Zas. *p.* 9. *num.* 19. Duar. *c.* 12. *num.* 10. Rosenth. *d. c.* 9. *concl.* 21. *num.* 2. sed & diminuendi & dimittendi feudum gratia. Quia dicti textus *in tit.* 26 & 43. loquuntur indistincte. Nec obstat *feud.* 2. *tit.* 52 & *tit.* 55. Nam procedunt, cum constat feudum esse: Nos loquimur eo in casu, ubi dubium est. Fit enim transactio tantum de re dubia. *l.* 1. *ff. de transact.* Vide Haneton. *lib.* 3. *c.* 6. Arum. *disp. feud.* 7. *thes.* 9. Bachov. ad Treutl. *disp.* 7. *thes.* 3. *lit. d.*

Hinc, cum *compromissum* vicem transactionis obtineat, Schrad. *p.* 8. *c.* 1. *num.*

46. *de feud.* & alienationis proprie species non sit; cum fieri possit, ut pro, non contra Vasallum, pronuntietur; tum denique quia arbitria ad instar judiciorum, quæ *Vasallus* sine consensu Domini potest exercere, sunt redacta, & *Vasallus* sine eo in arbitrum compromittere potest; *feud.* 2. *tit.* 15. & *tit.* 44. *princ. vers. si autem* & *tit.* 46. Duar. *c.* 12. *num.* 1. Diff. Borch. *c.* 8. *num.* 45. Rosenth. *c.* 9. *concl.* 22.

Et cum ab alienatione longe alia sit *subinfeudationis* ratio; (nam per hanc jus Domini non redditur deterius, & *Vasallus*, qui antea fuit, Vasallus esse non desinit, sed præterea etiam alius *Subvasallus* ipsi acquiritur: Vult. *c.* 10. *num.* 78. Rosenthal. *d. c.* 9. *concl.* 43. *num.* 2.) hanc, jure nullo prohibente, quivis Vasallus, & *Subvasallus*, in infinitum usque, *feud.* 2. *tit.* 10. & *tit.* 34. §. *similiter.* Jacob. de Ardiz. *c.* 15. *in fin.* Schrader. *d. p.* 8. *cap.* 2. *num.* 13. libere exercere, Feudumque tam novum, quam antiquum, *feud.* 2. *tit.* 9. §. 1. & *tit.* 34. Borch. *d. c.* 8. *num.* 31. tam seculare, quam Ecclesiasticum, Jacob. de Bellov. *in feud.* 1. *tit.* 1. *princ.* Zas. *p.* 9. *num.* 17. Clar. §. *feudum. qu.* 32. *num.* 2. tam quod habet in Curte Domini, quam extra: Bocer. *disp. feud.* 16. *thes.* 60. Rosenthal. *d. c.* 9. *conclus.* 46. (Diff. Dd. *per feud.* 2. *tit.* 5.

§. *fin.*

§. *fin. ibique* Alvarot. Curt. jun. *p.* 4. *num.* 84. *in fin. sed male: Loquitur enim de alienatione proprie dicta*) vel in totum, vel in partem, nisi feudum sit regale; *feud.* 2. *tit.* 55. §. *firmiter.* Schrader. *d. p.* 8. *c.* 2. *num.* 12. per subinfeudationem alteri concedere potest: *feud.* 2. *tit.* 3. §. 1. *vers. per feudum.* & *tit.* 9. *princ.* & *tit.* 26. §. *beneficium.* & *tit.* 34. §. 2.

Modo eam non faciat *in fraudum consuetudinis*, vel *legis*; *feud.* 2. *tit.* 3. id est, sub prætextu subinfeudationis, venditionem, vel aliam prohibitam alienationem, non celebret: *feud.* 2. *tit.* 55. *princ. vers. callidis.* Alvarot. *ad feud.* 2. *tit.* 26. §. *beneficium. num.* 3. Vult. *d. c.* 10. *num.* 82. Nec in minoris vel deterioris conditionis, id est, habilitatis ad serviendum, *Vasallum*, eam faciat: *feud.* 2. *tit.* 26. §. *beneficium.* & *tit.* 34. §. *similiter.* Haneton. *lib.* 3. *c.* 10. Curt. *d. p.* 4. *num.* 83. Schrader. *d. p.* 8. *cap.* 2. *num.* 13. Pacta & conditiones priori infeudatione receptas, hac secunda non invertat. *d. feud.* 2. *tit.* 34. §. *similiter. vers. profecto.* Clar. §. *feudum. qu.* 32. *num.* 4. Duar. *d. c.* 12. *num.* 13. Schneidw. *de feud. p.* 3. *num.* 89.

Hinc *in duriorem conditionem* subinfeudationem facere non potest: potest *in meliorem.* Proinde non potest Feudum sibi concessum, Ecclesiæ, Civitati vel universitati subinfeudare; *arg. feud.* 1. *tit.*

tit. 13. *verſ. inde poteſt.* nec feudum ſibi & pro heredibus maſculis datum, alteri pro heredibus maſculis & fœmininis concedere: *d. feud.* 2, *tit.* 4. §. *ſimilit. verſ. profecto.* poteſt quod maſculis & fœminis conceſſum, pro ſolis maſculis dare. *feud.* 2. *tit.* 8. §. *ècontrario.* Roſenth. *d. c.* 9. *concl.* 44. *num.* 14 & 15.

Facta Subinſeudatione ſubinfeudatus non Domini directi, Duar. *c.* 12. *num.* 13. Schrader. *d. c.* 2, *num.* 25. niſi per conſequentiam, (Eum tamen ſine gravi cauſa offendere, aut ei moleſtiam creare non debet: *feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.*) ſed *Subinfeudantis Vaſallus* efficitur, ipſique ad fidem & ſervitia, æque ac ſubinfeudans ipſi Domino directo, obſtrictus eſt. *Feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.*

Propterea Jus quoddam quaſi dominii, ſeu utile dominium, in eum tranſit; *arg. Feud.* 2. *tit.* 8. §. *rei autem.* effectus tamen & veſtigia illius penes Subinfeudantem ratione *Vaſallagii* manent. *Feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.* Jacob. *verb. & cum pacto. num.* 21. Curt. *p.* 4. *num.* 83. Clar. *d. qu.* 32. *num.* 6.

Quod jus quaſi dominii etiam mortuo Subinfeudante durat, & *Subvaſallus*, ſi ſuperiorem Dominum recognoſcere, ipſique ſervitia præſtare, ſit paratus, feudum retinere poteſt. *Feud.* 2. *tit.* 9. & *ibi* Bald. Alvarot. Andr. de Iſern. Duar. *d. c.* 12. *num.*

num. 18. Nisi per mortem *Subinfeudantis* feudum ad agnatos devolutum fuerit; His enim subinfeudatio præjudicio esse nequit, quominus id revocare & *Subvasallo* auferre possint. Quoniam resoluto jure dantis & jus accipientis resolvitur. *l. lex vectigali.* 31 *ff. de pignor.* Curt. *part.* 5. *num.* 85. Clar. §. *Feudum. qu.* 32. *num.* 5. Borch. *c.* 8. *num.* 51. Vult. *c.* 11. *num.* 83.

Ut *Vasallus* potest feudum subinfeudare; ita & illud, etiam invito Domino, *fac. l.* 51. *C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. l. sed cum.* 65. *ff. de usufr.* Haneton. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. Duar. *d. c.* 12. *num.* 18. sed non intempestive, aut dolo malo, Rosenthal. *d. c.* 9. *concl.* 51. *num.* 11. Rittershus. *d. c.* 2. *qu.* 20. *refutare*, sive alteri cedere. *Feud.* 2. *tit.* 14. & *tit.* 38.

An feudum quod *refutat*, simpliciter & indeterminate sit concessum, an conditionatum, sive ad servitia certa datum, Zas. *p.* 12. *num.* 14. Mynsf. 5. *obs.* 65. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 116. Borcholt. *c.* 8. *num.* 53. *p. d. feud.* 2. *tit.* 38. *qui loquitur indistincte.* Diss. Gloss. *in feud.* 2. *tit.* 51. §. *similiter. ibique* Jacob. de Bellov. Alvarot. & alii. Schrader. *p.* 8. *c.* 1. *num.* 61. an sit ligium & francum, an non; Curt. Jun. *p.* 4. *num.* 135. contra Bald. *in c. cæterum. Ext. de judic. num.* 11. contractus feudalis sit per stipulationem, aut sine ea, celebratus; *fac. c. accessorium.*

de reg. jur. in 6. Ludwell. *d. c.* 15. nihil intereſt.

Fit *refutatio* vel ipſi *Domino*, vel *deſcendentibus*, vel *agnatis*.

Domino facta, præjudicat deſcendentibus, ſi quidem feudum ſit novum: ſin antiquum ſive paternum, non niſi ad vitam refutantis. Zaſ. *p.* 10. *num.* 88. Weſemb. *cap.* 11. *num.* 11. Arum. *diſp. feud.* 7. *theſ.* 22. Niſi deſcendentes ei conſenſerint. *arg. feud.* 2. *tit.* 39. *ibique* Bald. Rittershuſ. *d. qu.* 20.

Deſcendentibus, ſive feudum ſit novum, ſive antiquum, recte fit *refutatio*. *Feud.* 2. *tit.* 14. Borcholt. *d. cap.* 8. *num.* 58. Arum. *d. diſp. theſ.* 23. Mynſing. 6. *obſ.* 23. *num.* 2 & 5. *obſ.* 65. *num.* 13. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 119.

Agnatis, ſaltem feudum antiquum; *Feud.* 2. *tit.* 39. & *tit.* 49. etiam tantum ſperatum: *d. tit.* 49. Hottom. *de Feud. c.* 38. *in fin.* ſed non niſi *proximis*, iiſque ſolis, ad quos omnes ſucceſſio æqualiter competit; non remotioribus; Borch. *d. c.* 8. *num.* 56. niſi proximiores expreſſe conſentiant. *arg. l.* 11. *ff. de reg. jur.* Ludwell. *d. loc.*

Facta feudi *refutatione* Vaſallus à ſervitiis præſtandis liberatur; Dominum tamen offendere non debet. *Feud.* 2. *tit.* 38. Rittershuſ. *c.* 2. *qu.* 31.

LIBER TERTIUS.

TIT. I.

De amissione Feudi in genere.

EXcussis & examinatis modis Feudum constituentibus, ejusque effectu; superest, ut de ejus *contrariis*, sive causis ex quibus amittitur, tractemus.

Feudum legitime constitutum, finitur sive amittitur; (Hæc enim promiscue sumimus; *ut & in §. pen. Inst. de usufr.*) vel *culpa Vasalli*, vel *sine ea.*

Culpæ appellatione hic dolum comprehendimus, & hoc jure *Felonia, feud. 2. tit. 26. § domino committente*, à præterito perfecto verbi *fallo;* Vult. *c. 11. num. 17.* aut à Græco φήλωσις, sive φήλωμα (quod *fraudem, imposturam* & *deceptionem* significat; Cujac. *ad Feud. 1. tit. 5.*) appellatur.

Est vel *Arbitraria*, vel *Legitima*.

Hæc consuetudine feudali est definita. *feud. 1. tit. 5. & tit. 17. & tit. 21. & feud. 2. tit. 24.*

Arbitraria est, quæ jure feudali non est expressa, & ideo arbitrio judicis subjecta. *d. feud. 2. tit. 24. §. sed quia na-*

tura.

tura. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *cent.* 3. *conf.* 266. *num.* 2.

Judicis ergo erit videre, ut culpa sit vel major, vel similis, vel saltem non minor causis in jure Feudali expressis, ex qua Vasallum condemnabit. *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. sed quia natura. feud.* 1. *tit.* 10. Rosenth. *c.* 10. *conclus.* 7. Curt. jun. *part.* 4. *num.* 80. Zas. *part.* 10. *num.* 65. Ita tamen ut meminerit, in dubio se proniorem debere esse ad absolvendum, quam ad condemnandum. *arg. l. semper.* 36. *l.* 17. *ea quæ ad* §. *fin. ff. de reg. jur.* Rosenthal. *de concl.* 7.

Provenit *culpa*, vel ex *commissione*, vel ex *omissione.* Quotiescunque enim Vasallus non facienda facit, aut facienda non facit, toties feudum amittere dicitur. Nisi justus metus intervenerit. Gloss. *in feud.* 2. *tit.* 33. §. 1. *vers. similiter. in verb. privabitur.* Clar. §. *Feudum. qu.* 61. *num.* 2. vel coactus fecerit. Gloss. *in feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. porro. in verb. perdit.* Clar. *d. loc. num.* 1. aut dolo vel culpa domini deliquerit. Curt. jun. *part.* 5. *num.* 7. & *seqq.*

Quæ facienda sunt, & quæ non, vel ex Feudorum consuetudine generali, *feud.* 2. *tit.* 6. & *tit.* 7. vel si qua sit Curiæ illius, à qua Feudum habetur, specialis, *Feud.* 2. *tit.* 23. *vers. quomodo.* vel ex conventione speciatim in constitutione Feudi per investi-

vestituram interposita, petenda sunt. *feud. 2. tit. 24. §. 2. vers. sed non est alia.*

Regulariter committit Vasallus culpam variis ac diversis modis: qui vel *Dominum* respiciunt, vel *alium*.

Qui *Dominum* respiciunt, vel *personam ipsius*, sive *principaliter*, sive *per consequentiam*; vel *rem familiarem*, concernunt.

Tit. II.

De amissione feudi ob culpam in personam Domini principaliter commissam.

Culpa quæ ipsius *Domini personam* respicit, vel *directa* est contra ipsius *vitam*, vel contra *famam*. Ludwel. *cap. 16.*

Ad *vitam* spectat; Si Vasallus Domino armis aut veneno puta malo; *fac. l. qui venenum. ff. de verb. signif.* citra sui defensionem; Gloss. & Alvarot. *ad feud. 2. tit. 24. §. 2. vers. porro.* necem afferat, vel alias impias & violentas manus inferat: *feud. 2. tit. 6. & tit. 7. & tit. 24. §. 2. vers. porro.* vel insidias tantum struat, aut manus inferre laboret: *Feud. 2. tit. 51. §. si voluerit. & tit. 57. & Feud. 1. tit. 5. pr. vers. similiter. & Feud. 1. tit. 17.* Bald. *ad Feud. 2. tit. 51. & Feud. 2. tit. 57.* Zas. *d. p. 10. num. 27.* Non si tantum voluerit; *Feud. 2. tit. 51. §. si voluerit. &*

ibi Hottom. Schrader. *p.* 9. *cap.* 4. *num.* 27. vel laboraverit quidem, hoc eſt, ad actum aliquem extraneum proceſſerit, ſed pœnitentia ductus deſtiterit. *d. Feud.* 2. *tit.* 51. §. *ſi voluerit. ibique* Gloſſ. Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 28. Roſenth. *d. c.* 10. *concl.* 17. *num.* 7. & *ſeqq.* Niſi hoc caſu, Dominum quaſi percuſſurus, jam manum levaverit. Curt. *d. p.* 4. *num.* 34. *per l.* 15. §. 1. *ff. de injur.* Vult. *c.* 11. *num.* 25. *in fin.* Ludwel. *d. loc.* Diff. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 24. *verſ. porro.* Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 38. Schrader. *d. c.* 4. *num.* 48.

Deinde *vitam* vel ſaltem *incolumitatem Domini* oppugnat Vaſallus, ſi inimicis ejus amicitias ſuas copulaverit. *Feud.* 2. *tit.* 57. Gloſſ. Bald. Jaſ. *in l. liberi. C. de inoff. teſt.* Weſemb. *c.* 15. *num.* 5. Mozz. *c. ult. num.* 66. Hoc enim modo ſe ſuſpectum facit, & magis inimicus, quam fidelis, præſumitur. *d. feud.* 2. *tit.* 57. *d. l. liberi. C. de inoff. teſt.*

Unde ſi per longum tempus cum inimicis Domini habitaverit, inimicus factus cenſetur. Curt. jun. *part.* 4. *num.* 37.

Quod verum, ſi amicitia, cum ejus inimicis inita in perniciem Domini & contumaciam vergat. Matth. de Afflict. Iſern. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *verſ. porro.* Schenck. Baro. *ad feud.* 2. *tit.* 57. *verſ. cæterum. num.* 2. Sonsbec. *part.* 12. *num.* 43. Clar. §. *feudum. qu.* 54. Zaſ. *p.* 10. *num.* 32. Ex-

Excusatur tamen, si justo metu ductus id fecerit. Afflict. *ad feud.* 1. *tit.* 5. *pr. vers. item si fidelis.* Rol. à Valle, *cons.* 1. *num.* 108. *vol.* 3.

Quod si incidat controversia, an amicitia sit contracta in damnum Domini, nec ne; non Vasallo, ut putant Gloss. *in d. vers. item si fidelis.* Mozz. *ex quib. caus. feud. amitt. num.* 28. Zas. *d. p.* 10. *num.* 32. Afflict. *in d. vers. porro.* Menoch. *consil.* 102. *num.* 11. *vol.* 1. sed Domino incumbit probatio. Rosenth. *d. c.* 10. *concl.* 27. Vult. *c.* 11. *num.* 29. Quia Vasallus negat. Factum autem negantis per rerum naturam nulla est probatio. *l.* 2. *ff. l.* 23. *C. de probat.* Quia amicitiæ copulatio non est de rebus natura sua prohibitis. Ideoque Vasallus operam dans rei licitæ, non præsumitur in dolo esse. Arum. *disp. feud.* 8. *thes.* 21.

Famam Domini lædit Vasallus; 1. Si, contra eum testimonium, non à Judice coactus, Gloss. *ad feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. item si, & feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter.* Alvar. *ad d. vers. item si.* Zas. *p.* 10. *num.* 49. Vult. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 27. sed sponte, dicat. *d. feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter.* Si eum, sive per se, sive per alium, Curt. jun. *part.* 4. *num.* 62. Zas. *part.* 10. *num.* 45. Bellapert. 9. *num.* 18. Rosenth. *d. c.* 10. *concl.* 30. deferat, & sic eum graviter lædat; *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. i-*

& Alvarot. *ad d. §. pen. feud.* 1. *tit.* 4.

Jus tamen *Vasalli*, rei detrimentum non admittit, neque *Vasallus* quicquam, quo vera rei substantia deterior reddatur, attentare potest. *Feud.* 2. *tit.* 8. *§. econtrario.* & *tit.* 27. *in princ. vers. quicunque.* & *tit.* 23. *arg. l. si cujus.* 13. *§. fructuarius. l. in fructuario.* 44. *ff. de usufr. junct. princ. Inst. eod.* Gail. 2. *obs.* 154. Hottom. *disp. feud.* 35.

Hinc *servitutem*, *realem* puta, *arg. rubr. ff. de servitut.* fundo feudali non tantum *acquirere*; *d. §. econtrario.* sed & *imponere*, potest. Quia hæc impositio feudi conditionem deteriorem non facit; cum tantum Vasallo, non Domino, nec agnatis, noceat. *per feud.* 2. *tit.* 8. *§. rei autem.* Bald. Alvarot. Andr. de Isern. Clar. *§. feudum. qu.* 37. *num.* 1. Hart. *tit. de feud. obs.* 28 & 35. Rosenth. *c.* 9. *conclus.* 11. Rittershus. *d. c.* 2. *qu.* 9. Diss. Dd. commun.

Servitutem personalem, ut usumfructum, sine consensu domini in re feudali constituere non potest. Quia omnis *alienatio*, quæ domino feudi præjudicio esse potest, prohibita est; *feud.* 2. *tit.* 52. & *tit.* 55. usumfructum autem constituere, alienare est: *l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* & quidem cum domini præjudicio; cum Vasallus alii usumfructum constituens, necessariis sumptibus destitutus,

tutus, Domino servitia præstare nequeat. Jacob. de Ardiz. *c.* 113. Joan. Blanc. *lib.* 2. *c.* 1. *num.* 81. Alvarot. *ad Feud.* 2. *tit.* 55. Clar. *d.* §. *qu.* 37. *num.* 2. Wesemb. *c.* 11. *num.* 5. Borcholt. *cap.* 8. *num.* 64. Rosenthal. *d. cap.* 9. *concl.* 10.

Alienationis nomine etiam omne id prohibetur, quod cum ea conferri potest: *l. alienationis. ff. de verb. signif.* ut in solutum datio, *l. apud Celsum.* §. *auctoris. ff. de except. doli. l. fin. ff. qui & ex quib. caus. in poss. eat.* in emphyteusin concessio; Gloss. & Dd. *in feud.* 2. *tit.* 52. Curt. *de feud. part.* 2. *num.* 91. Zas. *p.* 9. *num.* 12. dotis aut donationis propter nuptias constitutio; *feud.* 2. *tit.* 9. §. 1. *& tit.* 39. *in princ.* Rosenth. 9. *concl.* 9. Wurmf. *obs.* 19. *de feud.* Wesemb. *c.* 11. *num.* 4 oppignoratio; *feud.* 2. *tit.* 8. §. *fin. feud.* 1. *tit.* 5. *princ. vers. aut si libellario. & tit.* 28. Zas. *p.* 9. *num.* 6. Rosenthal. 9. *concl.* 15. in hypothecam datio; cum tam per hanc, quam per oppignorationem ad alienationem perveniatur; *l. is qui actionem.* 15. *l. rem in bonis.* 52. *ff. de acq. poss. l. id apud se. ff. de verb. sign.* §. *item Serviana. Inst. de act.* Wesemb. *c.* 10. *num.* 5. Vult. *c.* 10. *num.* 43. *& seqq.* Sonsbec. *p.* 12. *num.* 100. Diff. alii. item alienatio, quæ per libellarium contractum sit; Sonsbec. *p.* 6. *num.* 71. Mozz. *de amiss. feud. num.* 130. & alia similia.

de

de quib. vide Vult. *d. c.* 10. *num.* 45. *cum seqq.* Borch. *c.* 5. *num.* 28. & *seqq.*

Alienationis verbo cum revera non veniat divisio, *l. voluntas. C. de fideicom.* ideo Vasallus feudum dividere potest; *feud.* 2. *tit.* 55. §. 1. *vers. præterea.* Nemo enim in communione, quæ plerumque discordias alit, *l. si non sortem.* §. *si cautum. ff. de condict. ind.* invitus manere cogitur. *l. cum pater.* §. *dulcissimis. ff. de. legat.* 2.

Sed hoc ita, si *feudum* sit *parvum*; sin *majoris momenti*; ut puta, Ducatus, Marchionatus, &c. dividi non potest. *d. feud* 2. *tit.* 55. §. 1. *vers. præterea.* & *ibi Dd. com.* Curt. *tract. de feud. part.* 4. *num.* 121. *vide* Gail. 2. *obs.* 153.

Potest etiam *Vasallus* feudum, sed non fraudulenter, alteri *locare* : *feud.* 2. *tit.* 9. §. *donare.* quoniam locatio alienatio non est : *l. non solet.* 39. *ff. locati.* nulla hic, ut vulgo faciunt Doctores; *per l.* 1. §. 3. *ff. de superficieb.* Clar. *d.* §. *Feudum. qu.* 33. Zas. *p.* 9. *num.* 12. Borch. *d. cap.* 8. *num.* 36. Vult. *d. c.* 10. *num.* 48. Rosenthal. *d. c.* 9. *concl.* 7. *num.* 8 & 9. inter locationem, quæ fit ad tempus modicum, & quæ ad longum, puta decem vel plures annos; facta distinctione : cum quia textus juris feudalis non distinguit; *in d. feud.* 2. *tit.* 9. §. 1. *vers. donare.* adeoque indistincte accipiendus : *arg. l.* 8. *ff. de Publ. in rem*

act. tum quia per locationem neque dominium, *d. l. non solet. 39. ff. locat.* neque possessio transire solet: *l. si quis. 10. §. 1. ff. de acq. poss.* tum denique quia nec locatio in longum tempus domino quicquam præjudicat, cum *Vasallus* mercedem accipiat, proindeque ad servitia præstanda nihilominus sit habilis & idoneus. Alvarot. *ad feud. 2. tit. 55. num. 17.* Ludwell. *d. c. 15.*

De feudo *transigere* sine Domini consensu itidem *Vasallus* potest; modo bona fide, & absque fraudulento consilio, id faciat; *feud. 2. tit. 26. §. si Vasallus de beneficio. & tit. 43.* idque non tantum decidendi, ut volunt. Dd. Bald. *ad d. feud. 2. tit. 43. num. 6.* ibique Andr. de Isern. & Alvarot. Clar. *d. §. feudum. qu. 38.* Zas. *p. 9. num. 19.* Duar. *c. 12. num. 10.* Rosenth. *d. c. 9. concl. 21. num. 2.* sed & diminuendi & dimittendi feudum gratia. Quia dicti textus *in tit. 26 & 43.* loquuntur indistincte. Nec obstat *feud. 2. tit. 52 & tit. 55.* Nam procedunt, cum constat feudum esse: Nos loquimur eo in casu, ubi dubium est. Fit enim transactio tantum de re dubia. *l. 1. ff. de transact.* Vide Haneton. *lib. 3. c. 6.* Arum. *disp. feud. 7. thes. 9.* Bachov. ad Treutl. *disp. 7. thes. 3. lit. d.*

Hinc, cum *compromissum* vicem transactionis obtineat, Schrad. *p. 8. c. 1. num.*

46.

46. *de feud.* & alienationis proprie species non sit; cum fieri possit, ut pro, non contra Vasallum, pronuntietur; tum denique quia arbitria ad instar judiciorum, quæ *Vasallus* sine consensu Domini potest exercere, sunt redacta, & *Vasallus* sine eo in arbitrum compromittere potest; *feud. 2. tit. 15. & tit. 44. princ. verf. si autem & tit. 46.* Duar. *c. 12. num. 1.* Diff. Borch. *c. 8. num. 45.* Rosenth. *c. 9. concl. 22.*

Et cum ab alienatione longe alia sit *subinfeudationis* ratio; (nam per hanc jus Domini non redditur deterius, & *Vasallus*, qui antea fuit, Vasallus esse non desinit, sed præterea etiam alius *Subvasallus* ipsi acquiritur: Vult. *c. 10. num. 78.* Rosenthal. *d. c. 9. concl. 43. num. 2.*) hanc, jure nullo prohibente, quivis Vasallus, & *Subvasallus*, in infinitum usque, *feud. 2. tit. 10. & tit. 34. §. similiter.* Jacob. de Ardiz. *c. 15. in fin.* Schrader. *d. p. 8. cap. 2. num. 13.* libere exercere, Feudumque tam novum, quam antiquum, *feud. 2. tit. 9. §. 1. & tit. 34.* Borch. *d. c. 8. num. 31.* tam seculare, quam Ecclesiasticum, Jacob. de Bellov. *in feud. 1. tit. 1. princ.* Zas. *p. 9. num. 17.* Clar. *§. feudum. qu. 32. num. 2.* tam quod habet in Curte Domini, quam extra: Bocer. *disp. feud. 16. thes. 60.* Rosenthal. *d. c. 9. conclus. 46.* (Diff. Dd. *per feud. 2. tit. 5.*

§. fin.

§. *fin. ibique* Alvarot. Curt. jun. *p.* 4. *num.* 84. *in fin. sed male: Loquitur enim de alienatione proprie dicta*) vel in totum, vel in partem, nisi feudum sit regale; *feud.* 2. *tit.* 55. §. *firmiter.* Schrader. *d. p.* 8. *c.* 2. *num.* 12. per subinfeudationem alteri concedere potest. *feud.* 2. *tit.* 3. §. 1. *vers. per feudum.* & *tit.* 9. *princ.* & *tit.* 26. §. *beneficium.* & *tit.* 34. §. 2.

Modo eam non faciat *in fraudum consuetudinis*, vel *legis*; *feud.* 2. *tit.* 3. id est, sub prætextu subinfeudationis, venditionem, vel aliam prohibitam alienationem, non celebret: *feud.* 2. *tit.* 55. *princ. vers. callidis.* Alvarot. *ad feud.* 2. *tit.* 26. §. *beneficium. num.* 3. Vult. *d. c.* 10. *num.* 82. Nec in minoris vel deterioris conditionis, id est, habilitatis ad serviendum, *Vasallum*, eam faciat: *feud.* 2. *tit.* 26. §. *beneficium.* & *tit.* 34. §. *similiter.* Haneton. *lib.* 3. *c.* 10. Curt. *d. p.* 4. *num.* 83. Schrader. *d. p.* 8. *cap.* 2. *num.* 13. Pacta & conditiones priori infeudatione receptas, hac secunda non invertat. *d. feud.* 2. *tit.* 34. §. *similiter. vers. profecto.* Clar. §. *feudum. qu.* 32. *num.* 4. Duar. *d. c.* 12. *num.* 13. Schneidw. *de feud. p.* 3. *num.* 89.

Hinc *in duriorem conditionem* subinfeudationem facere non potest: potest *in meliorem.* Proinde non potest Feudum sibi concessum, Ecclesiæ, Civitati vel universitati subinfeudare; *arg. feud.* 1.

tit.

tit. 13. *verſ. inde poteſt.* nec feudum ſibi & pro heredibus maſculis datum, alteri pro heredibus maſculis & fœminis concedere: *d. feud.* 2. *tit.* 4. §. *ſimilit. verſ. profectò.* poteſt quod maſculis & fœminis conceſſum, pro ſolis maſculis dare. *feud.* 2. *tit.* 8. §. *è contrario.* Roſenth. *d. c.* 9. *concl.* 44. *num.* 14 & 15.

Facta Subinſeudatione ſubinfeudatus non Domini directi, Duar. *c.* 12. *num.* 13. Schrader. *d. c.* 2. *num.* 25. niſi per conſequentiam, (Eum tamen ſine gravi cauſa offendere, aut ei moleſtiam creare non debet: *feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.*) ſed *Subinfeudantis Vaſallus* efficitur, ipſique ad fidem & ſervitia, æque ac ſubinfeudans ipſi Domino directo, obſtrictus eſt. *Feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.*

Propterea Jus quoddam quaſi dominii, ſeu utile dominium, in eum tranſit; *arg. Feud.* 2. *tit.* 8. §. *rei autem.* effectus tamen & veſtigia illius penes Subinfeudantem ratione *Vaſallagii* manent. *Feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.* Jacob. *verb.* & *cum pacto. num.* 21. Curt. *p.* 4. *num.* 83. Clar. *d. qu.* 32. *num.* 6.

Quod jus quaſi dominii etiam mortuo Subinfeudante durat, & *Subvaſallus*, ſi ſuperiorem Dominum recognoſcere, ipſique ſervitia præſtare, ſit paratus, feudum retinere poteſt. *Feud.* 2. *tit.* 9. & *ibi* Bald. Alvarot. Andr. de Iſern. Duar. *d. c.* 12.

num.

num. 18. Nisi per mortem *Subinfeudantis* feudum ad agnatos devolutum fuerit; His enim subinfeudatio præjudicio esse nequit, quominus id revocare & *Subvasallo* auferre possint. Quoniam resoluto jure dantis & jus accipientis resolvitur. *l. lex vectigali.* 31 *ff. de pignor.* Curt. *part.* 5. *num.* 85. Clar. §. *Feudum. qu.* 32. *num.* 5. Borch. *c.* 8. *num.* 51. Vult. *c.* 11. *num.* 83.

Ut *Vasallus* potest feudum subinfeudare; ita & illud, etiam invito Domino, *fac. l.* 51. *C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. l. sed cum.* 65. *ff. de usufr.* Haneton. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. Duar. *d. c.* 12. *num.* 18. sed non intempestive, aut dolo malo; Rosenthal. *d. c.* 9. *concl.* 51. *num.* 11. Rittershus. *d. c.* 2. *qu.* 20. *refutare*, sive alteri cedere. *Feud.* 2. *tit.* 14. & *tit.* 38.

An feudum quod *refutat*, simpliciter & indeterminate sit concessum, an conditionatum, sive ad servitia certa datum, Zas. *p.* 12. *num.* 14. Mynss. 5. *obs.* 65. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 116. Borcholt. *c.* 8. *num.* 53. *p. d. feud.* 2. *tit.* 38. *qui loquitur indistincte.* Diss. Gloss. *in feud.* 2. *tit.* 51. §. *similiter. ibique* Jacob. de Bellov. Alvarot. & alii. Schrader. *p.* 8. *c.* 1. *num.* 61. an sit ligium & francum, an non; Curt. jun. *p.* 4. *num.* 135. contra Bald. *in c. cæterum. Ext. de judic. num.* 11. contractus feudalis sit per stipulationem, aut sine ea, celebratus; *fac. c. accessorium.*

de

de reg. jur. in 6. Ludwell. *d. c.* 15. nihil intereſt.

Fit *refutatio* vel ipſi *Domino*, vel *deſcendentibus*, vel *agnatis*.

Domino facta, præjudicat deſcendentibus, ſi quidem feudum ſit novum: ſin antiquum ſive paternum, non niſi ad vitam refutantis. Zaſ. *p.* 10. *num.* 88. Weſemb. *cap.* 11. *num.* 11. Arum. *diſp. feud.* 7. *theſ.* 22. Niſi deſcendentes ei conſenſerint. *arg. feud.* 2. *tit.* 39. *ibique* Bald. Rittershuſ. *d. qu.* 20.

Deſcendentibus, ſive feudum ſit novum, ſive antiquum, recte fit *refutatio*. *Feud.* 2. *tit.* 14. Borcholt. *d. cap.* 8. *num.* 58. Arum. *d. diſp. theſ.* 23. Mynſing. 6. *obſ.* 23. *num.* 2 & 5. *obſ.* 65. *num.* 13. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 119.

Agnatis, ſaltem feudum antiquum; *Feud.* 2. *tit.* 39. & *tit.* 49. etiam tantum ſperatum: *d. tit.* 49. Hottom. *de Feud. c.* 38. *in fin.* ſed non niſi *proximis*, iiſque ſolis, ad quos omnes ſucceſſio æqualiter competit; non remotioribus; Borch. *d. c.* 8. *num.* 56. niſi proximiores expreſſe conſentiant. *arg. l.* 11. *ff. de reg. jur.* Ludwell. *d. loc.*

Facta feudi *refutatione* Vaſallus à ſervitiis præſtandis liberatur; Dominum tamen offendere non debet. *Feud.* 2. *tit.* 38. Rittershuſ. *c.* 2. *qu.* 31.

LIBER TERTIUS.

TIT. I.

De amissione Feudi in genere.

EXcussis & examinatis modis Feudum constituentibus, ejusque effectu; superest, ut de ejus *contrariis*, sive causis ex quibus amittitur, tractemus.

Feudum legitime constitutum, finitur sive amittitur; (Hæc enim promiscue sumimus; *ut & in §. pen. Inst. de usufr.*) vel *culpa Vasalli*, vel *sine ea*.

Culpæ appellatione hic dolum comprehendimus, & hoc jure *Felonia*, *feud.* 2. *tit.* 26. §. *domino committente*. à præterito perfecto verbi *fallo*; Vult. *c.* 11. *num.* 17. aut à Græco φήλωσις, sive φήλωμα (quod *fraudem*, *imposturam* & *deceptionem* significat; Cujac. *ad Feud.* 1. *tit.* 5.) appellatur.

Est vel *Arbitraria*, vel *Legitima*.

Hæc consuetudine feudali est definita. *feud.* 1. *tit.* 5. & *tit.* 17. & *tit.* 21. & *feud.* 2. *tit.* 24.

Arbitraria est, quæ jure feudali non est expressa, & ideo arbitrio judicis subjecta. *d. feud.* 2. *tit.* 24. §. *sed quia natura*.

tura. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *cent.* 3. *conſ.* 266. *num.* 2.

Judicis ergo erit videre, ut culpa ſit vel major, vel ſimilis, vel ſaltem non minor cauſis in jure Feudali expreſſis, ex qua Vaſallum condemnabit. *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *verſ. ſed quia natura. feud.* 1. *tit.* 10. Roſenth. *c.* 10. *concluſ.* 7. Curt. jun. *part.* 4. *num.* 80. Zaſ. *part.* 10. *num.* 65. Ita tamen ut meminerit, in dubio ſe proniorem debere eſſe ad abſolvendum, quam ad condemnandum. *arg. l. ſemper.* 36. *l.* 17. *ea quæ ad §. fin. ff. de reg. jur.* Roſenthal. *de concl.* 7.

Provenit *culpa* vel ex *commiſſione*, vel ex *omiſſione*. Quotieſcunque enim Vaſallus non facienda facit, aut facienda non facit, toties feudum amittere dicitur. Niſi juſtus metus intervenerit: Gloſſ. *in feud.* 2. *tit.* 33. §. 1. *verſ. ſimiliter. in verb. privabitur.* Clar. §. *Feudum. qu.* 61. *num.* 2. vel coactus fecerit: Gloſſ. *in feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *verſ. porro. in verb. perdit.* Clar. *d. loc. num.* 1. aut dolo vel culpa domini deliquerit. Curt. jun. *part.* 5. *num.* 7. & *ſeqq.*

Quæ facienda ſunt, & quæ non, vel ex Feudorum conſuetudine generali, *feud.* 2. *tit.* 6. & *tit.* 7. vel ſi qua ſit Curiæ illius, à qua Feudum habetur, ſpecialis, *Feud.* 2. *tit.* 23. *verſ. quomodo.* vel ex conventione ſpeciatim in conſtitutione Feudi per inveſti-

vestituram interposita, petenda sunt. *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. sed non est alia.*

Regulariter committit Vasallus culpam variis ac diversis modis: qui vel *Dominum* respiciunt, vel *alium.*

Qui *Dominum* respiciunt, vel *personam ipsius*, sive *principaliter*, sive *per consequentiam*; vel *rem familiarem*, concernunt.

Tit. II.

De amissione feudi ob culpam in personam Domini principaliter commissam.

Culpa quæ ipsius *Domini personam* respicit, vel *directa* est contra ipsius *vitam*, vel contra *famam*. Ludwel. *cap.* 16.

Ad *vitam* spectat; Si Vasallus Domino armis aut veneno puta malo; *fac. l. qui venenum. ff. de verb. signif.* citra sui defensionem; Gloss. & Alvarot. *ad feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. porro.* necem afferat, vel alias impias & violentas manus inferat: *feud.* 2. *tit.* 6. & *tit.* 7. & *tit.* 24. §. 2. *vers. porro.* vel insidias tantum struat, aut manus inferre laboret: *Feud.* 2. *tit.* 51. §. *si voluerit.* & *tit.* 57. & *Feud.* 1. *tit.* 5. *pr. vers. similiter.* & *Feud.* 1. *tit.* 17. Bald. *ad Feud.* 2. *tit.* 51. & *Feud.* 2. *tit.* 57. Zas. *d. p.* 10. *num.* 27. Non si tantum voluerit; *Feud.* 2. *tit.* 51. §. *si voluerit.* &

ibi Hottom. Schrader. *p.* 9. *cap.* 4. *num.* 27. vel laboraverit quidem, hoc eſt, ad actum aliquem extraneum proceſſerit, ſed pœnitentia ductus deſtiterit. *d. Feud.* 2. *tit.* 51. §. *ſi voluerit. ibique* Gloſſ. Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 28. Roſenth. *d. c.* 10. *concl.* 17. *num.* 7. & *ſeqq.* Niſi hoc caſu, Dominum quaſi percuſſurus, jam manum levaverit. Curt. *d. p.* 4. *num.* 34. *per l.* 15. §. 1. *ff. de injur.* Vult. *c.* 11. *num.* 25. *in fin.* Ludwel. *d. loc.* Diſſ. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 24. *verſ. porro.* Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 38. Schrader. *d. c.* 4. *num.* 48.

Deinde *vitam* vel ſaltem *incolumitatem Domini* oppugnat Vaſallus, ſi inimicis ejus amicitias ſuas copulaverit. *Feud.* 2. *tit.* 57. Gloſſ. Bald. Jaſ. *in l. liberi. C. de inoff. teſt.* Weſemb. *c.* 15. *num.* 5. Mozz. *c. ult. num.* 66. Hoc enim modo ſe ſuſpectum facit, & magis inimicus, quam fidelis, præſumitur. *d. feud.* 2. *tit.* 57. *d. l. liberi. C. de inoff. teſt.*

Unde ſi per longum tempus cum inimicis Domini habitaverit, inimicus factus cenſetur. Curt. jun. *part.* 4. *num.* 37.

Quod verum, ſi amicitia, cum ejus inimicis inita in perniciem Domini & contumaciam vergat. Matth. de Afflict. Iſern. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *verſ. porro.* Schenck. Baro. *ad feud.* 2. *tit.* 57. *verſ. cæterum. num.* 2. Sonsbec. *part.* 12. *num.* 43. Clar. §. *feudum. qu.* 54. Zaſ. *p.* 10. *num.* 32.

Ex-

Excusatur tamen, si justo metu ductus id fecerit. Afflict. *ad feud.* 1. *tit.* 5. *pr. vers. item si fidelis.* Rol. à Valle, *cons.* 1. *num.* 108. *vol.* 3.

Quod si incidat controversia, an amicitia sit contracta in damnum Domini, nec ne, non Vasallo, ut putant Gloss. *in d. vers. item si fidelis.* Mozz. *ex quib. caus. feud. amitt. num.* 28. Zas. *d. p.* 10. *num.* 32. Afflict. *in d. vers. porro.* Menoch. *consil.* 102. *num.* 11. *vol.* 1. sed Domino incumbit probatio. Rosenth. *d. c.* 10. *concl.* 27. Vult. *c.* 11. *num.* 29. Quia Vasallus negat. Factum autem negantis per rerum naturam nulla est probatio. *l.* 2. *ff. l.* 23. *C. de probat.* Quia amicitiæ copulatio non est de rebus natura sua prohibitis. Ideoque Vasallus operam dans rei licitæ, non præsumitur in dolo esse. Arum. *disp. feud.* 8. *thes.* 21.

Famam Domini lædit Vasallus; 1. Si, contra eum testimonium, non à Judice coactus, Gloss. *ad feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. item si,* & *feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter.* Alvar. *ad d. vers. item si.* Zas. *p.* 10. *num.* 49. Vult. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 27. sed sponte, dicat. *d. feud.* 2. *tit.* 33. §. *similiter.* Si eum, sive per se, sive per alium, Curt. jun. *part.* 4. *num.* 62. Zas. *part.* 10. *num.* 45. Bellapert. 9. *num.* 18. Rosenth. *d. c.* 10. *concl.* 30. deferat, & sic eum graviter lædat; *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. i-*

tem si delator. vel eundem accuset. *feud. 2. tit. 33. §. similiter.* Gloss. & Dd. *ad feud. 2. tit. 24. §. item si. & feud. 2. tit. 33. §. similiter.* Haneton. *lib. 3. c. 11. vers. si quoq; Vasallus.* Wesemb. *c. 15.* Zas. *part. 10. num. 46.*

Nec interest, causa sit levis, an gravis; *feud. 2. tit. 33. §. similiter:* Rosenth. *d. c. 9. concl. 22. num. 42.* civilis, an criminalis; Curt. *d. p. 4. num. 64. per feud. 2. tit. 6. & feud. 2. tit. 7.* crimen sit verum, an falsum; *d. feud. 2. tit. 33. §. similiter, per Novel. 115. c. 3. §. 3.* Curt. *d. p. 4. num. 63.* Arum. *d. disp. 8. thes. 14.*

Excusatur Vasallus; si suam suorumque injuriam persequatur: *arg. l. 11. ff. de accusat. l. 11. §. 49. ff. de vi & vi arm.* Gloss. *ad d. versic. item si delator.* Zas. *d. p. 10. n. 47.* Curt. *d. p. 4. num. 65.* si Dominum de Crimine Læsæ Majestatis accuset; *per Novel. 115. cap. 3. §. 3. l. 7. §. 2. ff. ad l. Jul. Majest. l. ult. C. de delator. lib. 10.* Gloss. Alvarot. & Dd. com. *ad d. vers. item si delator.* Curt. *d. p. 4. n. 64.* Zas. *d. n. 47.* si Vasallus, pœnitentia ductus, (alias non. Gloss. *in d. §. 2. vers. item si delator.* Curt. *d. p. 4. n. 66.*) abolitione impetrata, ab accusatione desistat: *arg. l. qui cum. 14. §. accusasse. 8. ff. de bon. libert.* Zas. *d. p. 10. num. 18.* si ex officii aut legis necessitate dominum accuset: puta si sit fiscalis, aut heres de-

defuncti, cujus necesse habet necem vindicare. Vult *c.* 11. *n.* 27.

Non excusatur, sed famam Domini lædere censetur Vasallus; qui pro Domini accusatore fidejubet: Gloss. *ad d. verf. item si delator. ibique* Dd. com. Ei patrocinium præstat: Gloss. *d. loc.* Zas. *d. p.* 10. *n.* 42. Dominum male condemnat, sententia ex iisdem actis rescissa: Gloss. *ad d. verf. item si delator.* Curt. *d. p.* 4. *num.* 73. Eundem gravibus conviciis afficit. *Feud. cap.* 2. *tit.* 24. §. 2. *verf. porro.* Borch. *cap.* 8. *num.* 180. Schrader. *p.* 9. *c.* 4. *num.* 104. Vult. *d. c.* 11. *num.* 26.

TIT. III.

De amissione feudi ob culpam in personam Domini per consequentiam commissam.

DElinquit Vasallus in personam Domini non tantum directo & immediate, sed etiam mediate & *per consequentiam* quandam; si videlicet in personas, potestati ipsius vel affectui subjectas, aliquid committat. *arg.* §. 2. *Inst. de injur.* & *l.* 1. §. 3. *ff. eod. Injuria enim istis illata Dominum tangit.*

Itaque feudo privabitur Vasallus, si *Dominum cucurbitaverit*, id est, cum uxore ejus, etiam volente & consentien-

 te,

te, *arg. l. 1. §. 1. ff. de injur.* Alvarot. *Feud. 1. tit. 5. verſ. etiamſi.* Jac. de Ardiz. *c.* 89. Curt. *p.* 4. *num.* 20. Zaſ. *p.* 10. *n.* 27. Roſenth. *c.* 10. *concl.* 27. *n.* 46. concubuerit, vel concumbere ſe exercuerit, licet non perfecerit: vel cum ea turpiter luſerit; *feud. 1. tit. 5. verſ. item ſi. & tit. 21. in fin.* id eſt, *manum in ſinum, aut ad pectus, vel ad alium locum, unde turpe eſſe poteſt, miſerit: ut ex legibus Longobardicis interpretatur* Gloſſ. & Hottom. *ad d. verſ. item ſi.* eam luxurioſe & turpiter oſculatus fuerit: Borch. *d. c.* 8. *num.* 98. Roſenth. *d. c.* 10. *concl.* 28. *num.* 1. Schenck. *ad d. verſ. item ſi. Luſus enim noxius in culpa eſt,* l. nam luſus. 10. ff. ad leg. Aquil. & *quis luſum appellitet, unde crimina oriuntur? ut in conſtit. Frid. Imper. circa finem conſtitum.* Si ad eam literas amatorias miſerit, munuſculorum illecebris, aliiſque ſtrophis pudicitiam ejus expugnare conatus fuerit: *arg. d. verſ. etiamſi fidelis.* Rittershuſ. *d. c.* 5. *qu.* 56. Non ſi inhoneſte tantum cum ea locutus fuerit: Licet propterea injuriarum teneatur. Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 28. Schrader. *d. c.* 2. *num.* 86. & *ſeq.* Vult. *c.* 11. *num.* 31. Bald. Præpoſ. *ad d. verſ. etiamſi.*

Quæ diximus de uxore Domini, & in ejus ſponſa obtinent: *arg. l. ſi uxor.* 13. §. 3. *ff. ad l. Jul. de adult. l. item apud Labeonem.* 15. §. *ſponſum.* 24. *ff. de injur.*

sive ea sit de præsenti, ut Petr. de Ravenna voluisse dicit Vult. *d. c.* 11. *num.* 31. sive de futuro: *arg. d. l. si uxor.* 13. §. 3. Quoniam & ipsa, licet uxor proprie non sit, *l. quæsitum est.* 17. *in fin. ff. de reb. auctor. jud. possid.* pro uxore tamen habetur. *l.* 4. *ff. de fund. dot.* & *l.* 5. *C. de bon. quæ lib.* Alvarot. *ad Feud.* 1. *tit.* 5. Zas. *d. p.* 10. *num.* 27. Vult. *d. n.* 31. Schrader. *d. p.* 9. *c.* 2. *num.* 12. & *seq.*

Non obtinent, ut volunt Ardiz. Bald. & alii ad *Feud.* 1. *tit.* 5. Rosenth. *d. c.* 10. *conclus.* 55. & alii apud Vult. *d. c.* 11. *num.* 31. in *concubina.* Cum textus de uxore Domini expresse loquatur; *concubina* autem ne jure quidem Civili uxor sit, vel uxoris appellatione contineatur. *arg. d. l. si uxor.* 13. §. 6. *l. si concubina.* 17. *ff. rer. amot.* Laudens. *ad d. vers. item si.* & *ibid.* Picus, & alii. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 22. Vult. *d. c.* 11. *num.* 31. Et in pœnalibus & exorbitantibus à jure (in qualibus sumus) de casu in casum non debeat fieri extensio. Privilegium enim (ut nostrorum regula est) absorbens jus tertii de persona ad personam trahi non debet. *per l. non solum.* 6. §. *si puellæ. ff. de ritu nupt.* Bald. *in l. maximum vitium. C. de liber. præter.* Arum. *disp. feud.* 8. *thes.* 7.

Nec obtinent, ut volunt Andr. de Isern. & Alvarot. *ad feud.* 1. *tit.* 21. Clar.

§. *feudum. qu.* 48. Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 27. Roſenthal. *d. c.* 10. *concl.* 51. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 6. Borch. *cap.* 8. *num.* 96. Schrader. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 5. in Domini *Vidua*. Bald. *ad feud.* 1. *tit.* 21. *in fin.* Schenck. Baro. *ad feud.* 1. *tit.* 5. *verſ. item ſi fidelis.* Vult. *d. c.* 11. *num.* 31. Quia *in d. feud.* 1. *tit.* 21. *in fin.* expreſſe fit mentio Domini viventis. Ergo mortuo eo aliud dicendum. Quia *Vidua* honorem, dignitatem mariti, quam innupta retinet, per ſecundas nuptias amittit. *l. fœminæ.* 8. *ff. de ſenat. l. filii.* 22. §. *vidua. ff. ad municip.* Ergo multo magis per illicitum congreſſum. Schenck. *d. loc.* 1. Niſi forte *vidua* filium habeat Domino ſucceſſorem; tum enim conſideratur ut Domini mater: Schenck. *d. loc. num.* 6. cui eadem, quæ conjugi, reverentia debetur. *arg. Novell.* 105. *c.* 2. *in princ.* vid. Alvarot. *Feud.* 1. *tit.* 5. *verſ. item ſi.* Jacob. de Ardiz. *c.* 84. Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 27. Vult. *d. n.* 31. 2. Niſi forte intra annum luctus id factum fuerit. Hoc enim caſu, quia adulterii, etiam vivo marito commiſſi, de ſe movet ſuſpicionem, *Novel.* 39. *c.* 2. Vaſallus feudo privandus videtur. Borcholt. *c.* 8. *num.* 97. Roland. à Valle, *conſil.* 86. *num.* 40. *cum ſeqq.* 2. *volum.*

Quæ diximus de uxore Domini, & ad ejus *filiam, neptem, non ex filia* (Ei enim

in-

injuria illata, in avum, non maternum, sed patrem, aut avum paternum, redundat. *arg.* §. 2. *Inst. de injur. & l.* 1. §. 3. *ff. eod.* Vult. *d. num.* 31.) sed *filio, nurum*, & *sororem quæ in Domo* ejus est, pertinent. *feud.* 1. *tit.* 5. *vers. item si. & Feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. rursus.*

In *Domo* ejus esse dicitur *soror*, quæ adhuc innupta est. Vult. *d. n.* 31. Jure Feudali *in capillo* esse dicitur. *feud.* 2. *tit.* 24. *c.* 2. *vers. rursus.* Hottom. *in lexic. feud. in verb. in capillo.*

Nec excusatur Vasallus, si impedimento interveniente, *d. vers. item si fidelis. & ibi* Gloss. *in verb. exercuerit.* Jacob. de Ardiz. *c.* 15. aut pœnitentia ductus ab actu turpi, ad quem jam pervenerat, destitit. *arg. Feud.* 2. *tit.* 51. *& l. qui ea mente.* 65. *ff. de furt.* Curt. *p.* 4. *num.* 45.

Omnino excusatur, si volente & sciente Domino, *arg. l.* 1. §. 5. *ff. de injur. l.* 145. *ff. de div. reg. jur.* Jacob. de Ardiz. *d. c.* 85. *in fin.* Curt. *d. p.* 4. *num.* 49. *in fin.* Zas. *d. p.* 10. *num.* 101. Rosenthal. *d. conclus.* 27. *num.* 48. aut per errorem, puta personatam, vel meretricia veste indutam. *l.* 15. §. 15. *ff. de injur.* Alvarot. *ad d. vers. item si fidelis. num.* 10. Bald. *num.* 21. Curt. *d. p.* 4. *num.* 20. Zas. *d. p.* 10. *num.* 27. Ludwell. *cap.* 6. *in fin.* multo magis inhonestam & luxuriosam vitam viventem, *fac. l.* 22. *l.* 29. *C. ad*

leg. Jul. de adult. Clar. §. *adulterium. num.* 3. Diss. Andr. de Isern. *ad d. verb. item si. num.* 10. Curt. *d. p.* 4. *num.* 33. Schrader. *d. c.* 2. *num.* 19. Rosenthal. *d. concl.* 27. *num.* 47. vitiaverit.

Tit. IV.

De amissione feudi ob culpam in Dominum occasione rerum commissam.

Res quarum occasione *Vasallus* in *Dominum* delinquere potest, vel sunt *feudales*, vel *non feudales*.

Circa *res feudales Vasallus* delinquit, & per consequens *Dominum* lædit, & propterea feudum perdit, tribus modis; puta *feudum inficiando, deteriorando, alienando.*

Inficiando; si, exigente Domino, servitia, non ignorans, *Feud.* 2. *tit.* 26. §. *Vasallus.* Zas. *d. p.* 10. *num.* 53. Rosenthal. *d. c.* 10. *concl.* 32. *num.* 3. sed sciens, vel ipsum feudum sive totum, sive ejus partem; *Feud.* 2. *tit.* 26. §. *Vasallus si feudum. Feud.* 2. *tit.* 34. vel ejus conditionem aliquam sive qualitatem; *feud.* 2. *tit.* 26. §. *Vasallus si feudum.* Jacob. de Bellovis. & Joan. de Isern. Alvarot. Bald. *ibid.* Rosenthal. *d. concl.* 32. *num.* 7. vel investituræ instrumentum, negaverit. Quia, hoc negato, & qualitas eo contenta abnegata censetur. Schrader. *d. part.* 9. *c.* 6. *num.* 23. *p. d.* §. *Vasallus.*

Si

Si totum feudum, sive in judicio, sive extra illud, inficiatus fuit, Rittershus. *c. 5. qu. 29.* totum perdit; sin partem, eam tantum. *arg. feud. 2. tit. 38.* Gloss. *in d. feud. 2. tit. 26. §. Vasallus si feudum. ibique* Jacob. de Bellovis. Alvarot. Rosenthal. *d. c. 10. concl. 32. num. 7.*

Recuperat tamen feudum *Vasallus*, si, non post, ut volunt Jacob. de Bellovis. & Bald. *ad d. §. Vasallus. num. 3.* Borcholt. *c. 8. num. 116.* sed ante litem contestatam; *per l. si insulam. 84. ff. de verb. oblig.* Alvarot. *ad d. §. Vasallus.* pœniteat; & expensas & damna, quæ *Dominus* ob negationem hanc passus est, refundat. Alvarot. *d. loc.* Bursat. *consil. 49. num. 20. vers. quinimo.*

Deteriorando Vasallus, ad exemplum usufructuarii, *§. finitur. Inst. de usufr.* cui æquiparatur; *Feud. 2. tit. 23.* feudum amittit, si illud, sive proprium, sive improprium, *feud. 2. tit. 26. §. feudum ex lege.* Schrader. *c. 6. num. 74.* dolo vel culpa, *Feud. 1. tit. 21. & tit. 22. §. fin. & feud. 2. tit. 24. §. 2. & tit. 52. § fin.* notabiliter & insigniter, *feud. 2. tit. 23. ibi, egregiæ ingratitudinis causæ. & feud. 2. tit. 24. §. 2. vers. præterea. vers. item si delator. vers. denique.* deterius reddat. *feud. 2. tit. 8. §. 1. & feud. 2. tit. 27. §. 5.* puta si feudalem villam, cum gravi damno feudi, diruat; arbores fructiferas incidat;

arg. l. si cujus. 13. §. 4. *ff. de usufruct.* subditos male & crudeliter; *Feud.* 2. *tit.* 27. §. 5. *& arg.* §. *ult. Inst. de his, qui sui vel alien. jur.* Zas. *d. p.* 10. *num.* 55. Rosenthal. *d. c.* 10. *concl.* 33. *num.* 45. Borcholt. *d. c.* 8. *num.* 129. eos turpe, vel corporaliter lædendo, vel pecunias ab eis indebite exigendo, tractet: *Superiorem enim offendere censetur, qui subditis injuriam infert*; & quis lædi intelligitur non tam per se, quam per suos. *c.* 1. §. *damna. de pace constit. fac. c. quicunque. de sentent. excommun. lib.* 6. Usque adeo, ut propter vexationem subditi actio injuriarum domino detur. Cravet. *consil.* 31. *num.* 2. Arum. *disp. feud.* 8. *thes.* 24.

Nec hic, ut volunt communiter Doctores; Ægid. Boss. *in tract. crim. tit. de Pr. & ejus privileg. num.* 56. Schrader. *d. c.* 6. *num.* 67. Borcholt. *d. c.* 4. *num.* 130. Roland. à Valle, *consil.* 18. *num.* 79. *vol.* 3. Cravet. *consil.* 6. *num.* 108. Hart. Hartm. *in pract. obs. tit. de feud. obs.* 37. monitio Superioris præcedere debet: modo aliunde de dolo possit constare. Quoniam *ipsa naturalis ratio satis* ipsum *monet, non licere ipsi in subditos sævire*; ut amplius certiorandus & admonendus non sit. *arg. l.* 1. *in fin. ff. de act. emt. vid.* Amanell. de Claris Aquis. *singul.* 37. Grammat. *decis.* 104. *num* 11. Rittershus. *c.* 5. *qu.* 69.

Alienando Vasallus feudum, sive sit vo-

novum, sive *antiquum*; sive *francum*, sive *servitiis obnoxium*; *feud*. 2. *tit*. 52. & 55. *junct*. Rosenthal. *c*. 4. §. 4. Vult. *lib*. 1. *c*. 10. *num*. 92. amittit, si illud sine consensu Domini, *feud*. 1. *tit*. 13. *feud*. 2. *tit*. 44. & 52, & 55. sive expresso, sive tacito; Decian. 3. *consil*. 117. *num*. 5. &, si *antiquum* sit, agnatorum, ad quos quandoque est reversurum, *feud*. 2. *tit*. 39. Mynf. 4. *obs*. 64. Vult. *d. cap*. 10. *num*. 59. & *seqq*. etiam in casu necessitatis, *feud*. 2. *tit*. 9. & *tit*. 55. Clar. §. *feudum*. *qu*. 31. *num*. 11. Borcholt. *c*. 8. *num*. 68. alienaverit; nec Dominus postea ratum habuerit. Curt. *p*. 4. *num*. 138. Zas. *p*. 9. *num*. 31. Haneton. *lib*. 3. *cap*. 7. *in fin*. Mynf. 4. *obs*. 87. Ratio est: cum quod Vasallus feudum alienando, Dominum contemnere videtur; *d. feud*. 2. *tit*. 4. §. *fin*. jusque agnatorum, si quidem *antiquum* fuerit, intervertere; *feud*. 2. *tit*. 39. tum quod Domini conditionem deteriorem reddat, *contra feud*. 2. *tit*. 8. vel ipsi invito alium Vasallum obtrudat. *contra feud*. 2. *tit*. 12. Borcholt. *cap*. 8. *num*. 34.

Amittit feudum totum, si totius pro parte, si partis tantum, alienationem fecerit. *feud*. 2. *tit*. 38. Pœna enim delicto commensurari debet. Borcholt. *c*. 8. *num*. 32. Zas. *p*. 10. *num*. 1. Cujac. *feud*. 1. *tit*. 59. & *feud*. 4. *tit*. 44.

Nec proderit *Vasallo*, si feudum alie-

natum, etiam in continenti, antequam Dominus rem in judicium deducat, recuperet. *feud.* 2. *tit.* 44. Bald. *feud.* 2. *tit.* 55. Clar. *d. qu.* 31. *num.* 6. Duar. *cap.* 14. *num.* 18. Rosenth. *d. c.* 9. *concl.* 2. *num.* 14. *Pœnitentia enim, licet statim sequatur, neminem à delicti semel commissi pœna liberat. l.* 65. *ff. de furt. l. pen. ff. vi bon. rapt. l.* 17. §. *Cælius. ff. de Ædil. Edict.* Diff. alii.

Excusatur, si probabiliter ignorat, feudum esse; *feud.* 2. *tit.* 26. §. *si Vasallus.* & *tit.* 42. (quod juramento probabit. *feud.* 2. *tit.* 42. Gail. 2. *obs.* 421. *num.* 23. Nisi scire & potuit & debuit. *arg. feud.* 2. *tit.* 41. §. *fin.* Gail. 2. *obs.* 69. *num.* 6. Zas. *d. p.* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 879. *num.* 31. & *seqq.*) si an feudum sit, necne, dubitet: *feud.* 2. *tit.* 26. §. *Vasallus feudum.* & *tit.* 34. §. *fin. Ignoranti enim comparatur*: l. ult. C. de condict. indeb. l. 22. §. 2. C. de furt. si talis sit consuetudo, ut feudum sine consensu Domini alienare liceat: Clar. *d.* §. *feudum. qu.* 317. *num.* 12. Vult. *lib.* 1. *c.* 10. *num.* 92. si Vasallus aut hanc conditionem alienationi apponat; *Si dominus consenserit*; *Si domino placuerit*: &c. aut hanc causulam adjiciat; *Salvo jure Domini, & non aliter*: Zas. *p.* 10. *num.* 14. Borch. *c.* 8. *num.* 82. Nisi alienatio in potentiorem facta sit. Bald. *in feud.* 1. *tit.* 8. §. *hoc*

quo-

quoque. num. 19. Alvarot. *in feud.* 2. *tit.* 55. Zas. *d. num.* 14. si possessionem nondum transtulit: *d. feud.* 2. *tit.* 52. *in fin. princ. ibi, distrahere. & tit.* 55. *princ. vers. callidis. ibi, vendunt, & in alios transferunt. Quoniam alienatum proprie non dicitur, quod adhuc in vendentis aut alterius dominio manet*: l. alienatum. 67. ff. de verb. signif. Jacob. de Ardiz. *c.* 99. Duar. *c.* 12. *num.* 6. Clar. *d. qu.* 31. *num.* 3. Borch. *c.* 8. *num.* 81. Vult. *d. c.* 11. *num.* 42. si Dominus alienationem dissimulet: nec se feudum in commissum cecidisse velle declaret: Curt. *p.* 4. *num.* 156. Schrader. *p.* 9. *princ. p.* 2. *sect.* 9. *num.* 1. Vult. *d. c.* 11. *num.* 45. *Quia injuria ad animum non revocata dissimulatione abolita censetur.* §. fin. Inst. de injur.

Non tamen feudum retinebit *Vasallus* aut ejus *heres*, si Dominus alienationem ignoravit; au scivit quidem, sed tamen animum suum declarare non potuit; puta morte vel propria, vel Vasalli, præventus. Clar. *d.* §. *feudum. num.* 64. *in fin.* Borch. *cap.* 8. *num.* 155. & Dd. comm.

Adeo feudi *alienatio sine consensu Domini prohibita* est, ut non tantum alienans, feudi amissione; sed & Notarius, alienationis instrumentum conficiens; officii privatione, infamia, & manus amputatione, puniatur. *feud.* 2. *tit.* 52. §. *si quis. vers. Notarium. & feud.* 2. *tit.* 55.

princ.

princ. verſ. ſcriba. ut ita qua parte corporis deliquit, eadem etiam mulctetur. *l.* 3. *C. de ſerv. fugit. Novell.* 142. *c.* 1. Cujac. 7. *obſ.* 13. Borch. *cap.* 8. *num.* 31.

Atque hoc modo circa res feudales delinquit Vaſallus. *Circa res non feudales feloniam* committit, ſi Domino in munitionibus vel aliis poſſeſſionibus damnum inferat; *feud.* 2. *tit.* 6. *verſ. tutum. feud.* 2. *tit.* 7. *verſ. ſi contigerit.* puta caſtrum, vicum aut civitatem Domini ſui, non provocatus, *fac. l. ut vim. ff. de juſt. & jur.* Sonsbec. *p.* 12. *num.* 39. Vult. *d. c.* 11. *num.* 20. ſive per ſe, ſive per alium, *d. Feud.* 2. *tit.* 7. *verſ. ego juro. Feud.* 2. *tit.* 57. *arg. l. heres abſens. ff. de judic.* ſive Dominus vel Domina ibi ſit, ſive non, ſive hoc ſciat Vaſallus, ſive ignoret, *arg. d. verſ. tutum. & d. Feud.* 2. *tit.* 7. Gloſſ. *in Feud.* 1. *tit.* 5. *verbo. ſciens*, ibique Jacob. de Bellovil. *verſ. opponitur primo.* Alvarot. & Bald. *ad verſ. ſimiliter num.* 3. Zaſ. *p.* 10. *num.* 38. Curt. *p.* 4. *num.* 34. aſſiliat, ſive oppugnet: *dd. text.* ſi caſtrum, vicum alienum, ſciens Dominum ibi eſſe, oppugnet: *feud.* 2. *tit.* 24. Gloſſ. *in d. feud.* 1. *tit.* 5. Roſenth. *concl.* 18. *num.* 12. ſi ſecreta domini ſcienter & dolo malo, animo Dominum damno afficiendi, revelet: *feud.* 2. *tit.* 6. Niſi ea ſint turpia, inhoneſta, jure Divino & Naturali prohibita, ad grande ſcelus tendentia; quæ re-

velare

velare Vasallus tenetur: Schneidw. *de feud. p.* 8. *num.* 5. vide Christin. *decis. feud.* 75. *num.* 25. *& seqq. vol.* 6. si Dominum deferat, ut damnum reale sequatur. *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. item si delator. feud.* 1. *tit.* 17.

Tit. V.

De amissione Feudi propter culpam in alium quam Dominum commissam.

VAsallus non tantum delinquendo in Dominum culpam committit, verum & *peccando in alium.*

Peccat in alium, & propterea feudum amittit, si *fratrem suum, nepotem ex fratre*, aut *alium, in quem parricidium committi potest; feud.* 1. *tit.* 3. *feud.* 2. *tit.* 24. §. *denique. vers. si vero.* in eum finem, ut solus, vel eo citius, hereditate sive feudo potiatur *feud.* 2. *tit.* 37. *princ.* interimat: Haneton. *lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 2. Rosenth. *d. c.* 10. *concl.* 64. Diff. Cujac. *ad feud.* 1. *tit.* 3. Borch. *c.* 8. *num.* 102. *& alii.* si *hominem*, id hic est, convasallum, Hottom. *de feud. c.* 24. Rittershuf. *c.* 5. *qu.* 119. Bocer. *d. cl.* 4. *disp.* 16. *thes.* 104. non quemvis extraneum; *fac. feud.* 2. *tit.* 37. ut volunt vulgo Doctores, Gloss. *in d. feud.* 1. *tit.* 5. *vers. item si fratrem. ibique* Jacob de Bellovis. Curt. *p.* 4. *num.* 43. Borcholt. *d. c.* 8. *num.* 125. Rosenthal.

d. con-

d. concluſ. 36. *num.* 29. Vult. *d. c.* 11. *num.* 35. tradat ſive prodat: *d. feud.* 2. *tit.* 37. ſi crimen læſæ Majeſtatis committat: *c. felicis.* 5. *verſ. ſi qua vero. de pœnis. in* 6. & *arg. l.* 5. *C. ad. l. Jul. Majeſt.* Bald. *ad feud.* 2. *tit.* 55. Borch. *d. c.* 8. *num.* 156. Schrader. *p.* 9. *c.* 8. *num.* 18.

Volunt etiam Doctores, feudum amitti propter *inceſtum*, *arg. feud.* 2. *tit.* 56. Alvarot. *feud.* 1. *tit.* 5. §. *item ſi fidelis. num.* 14. Zaſ. *p.* 10. *num.* 29. Schrader. *p.* 9. *c.* 3. *num.* 1. Sonsbec. *part.* 12. *num.* 57. Curt. *p.* 4. *num.* 40. Borcholt. *d. c.* 8. *num.* 105. Weſemb. *c.* 15. *num.* 5. Roſenth. *d. c.* 10. *concl.* 37. *num.* 1. Vult. *d. c.* 11. *num.* 36. adulterium, ſtuprum, *feud.* 2. *tit.* 37. Jacob de Ardiz. *cap.* 57. & quodvis *crimen publicum*, propter quod bona confiſcantur: ſed male. Cum hæc crimina inter feudi amittendi cauſas Jure hoc feudali non referantur; *arg. l.* 19. *in verb. eo quod nulla conſtitutio. C. de collationib.* & in pœnalibus juris extenſio permiſſa non ſit. *arg. l. pen. ff. de pœnis.* Bocer. *d. theſ.* 105 & 107. Ludwell. *cap.* 17. §. *in alium.*

Tit. VI.

De amiſſione Feudi ob culpam omiſſionis.

AMittit præterea *Vaſallus* feudum, ſi, aut *Domini vitam* & *incolumitatem*, aut *res* & *jura*, negligat. *Vi-*

Vitam & *incolumitatem Domini* negligit: Si, cum sciret, *Domino* in perniciem ab aliis quid machinari, vel ei ex hostium obsidione, inimicorum conspiratione, vel alia qualibet causa, vitæ aliudve periculum imminere, illud, sive dolo, sive negligentia, celaverit, *Feud. 2. tit. 25. vers. præterea. & ibi* Gloss. nec, cum posset, *arg. l. item quæritur. ff. locat. cond.* auxilio etiam ultro allato, averterit: *Feud. 2. tit. 28. Feud. 2. tit. 7. & tit. 26. §. si Vasallus.* Curt. *part. 4. num. 59.* Zas. *p. 10. num. 1.* Duar. *c. 14. num. 10.* Sonsbec. *p. 12. num. 10.* Clar. *§. feudum. qu. 57. num. 1.* Vult. *c. 11. num. 47.* Si Dominum injuste carceri inclusum, cum id sciret, & posset, non liberaverit: *Feud. 2. tit. 24. §. 2. vers. item si.* Clar. *d. §. qu. 24 num. 2.* Alvarot. Isern. *ad d. §. 2. vers. item si.* Si Dominum inopem pro quantitate feudi alere neglexerit. *arg. Feud. 2. tit. 6. & tit. 26. §. licet. vide supra. lib. 2. tit. 10.* Si Dominum in acie, sive periclitantem, nec tamen mortuum, aut ad mortem vulneratum, sive non periclitantem, deseruerit: *Feud. 1. tit. 5. princ. & tit. 21. in fin. & feud. 2. tit. 24. §. 2.* Rittershus. *c. 5. qu. 52.* Bocer. *dec. 4. disp. 16. thes. 114.* Licet mutato consilio reversus & Domino opitulatus fuerit, *Quia in delictis jam consummatis pœnitentia locum non habet.* Curt. *p. 4. num. 12.* Bocer. *d. disp. thes. 115.*

Quod

Quod & tunc verum, cum Vasalli fuga & desertio Domino non nocuit; si puta victoria potitus, aut illæsus evasit, aut à fratre deserentis commune feudum tenente, defensus fuit: Quoniam, quantum in ipso fuit, perfidus extitit. Et ex fuga dolus arguitur; *l. impuberibus.* 7. §. 1. *ff. de suspect. tut.* Cravet. *consil.* 6. *num.* 37. & fugientem culpabilem reddit. *l.* 1. §. 1. *ibique* Bart. *ff. de Ædil. Edict.* Marc. Mant. *consil.* 200. *num.* 23. *lib.* 2. Nec rerum communio socium à pœna delicti liberat., *l.* 45. *l.* 52. §. *ult. ff. pro socio.* Bocer. *d. disp. thes.* 116. Rosenthal. *d. c.* 10. *concl.* 16. *num.* 11. Diff. Alvarot. Bald. *feud.* 1. *tit.* 5. Item verum, si per errorem Dominum letaliter vulneratum existimavit: *arg. feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. præterea.* Nam non dolus tantum, sed & culpa Vasalli punitur. Rittershus. *d. c.* 5. *qu.* 51. Bocer. *d. thes.* 119.

Si tamen *Dominus* temeritate magis, quam fortitudine, mediam hostium aciem incurrat, neque sine manifesto vitæ periculo ipsi *Vasallus* succurrere possit, hic jure excusabitur: *fac. l. hæ demum.* 38. *in princ. ff. de oper. libert.* Sonsbec. *p.* 12. *num.* 12. Curt. *p.* 4. *num.* 8. ut & si prorsus inutilis ad defensionem factus, puta propter utramque manum abscissam, Dominum deseruit. Gloss. *feud.* 1. *tit.* 5. Mozz. *ex quib. caus. feud. amitt.*

num.

num. 95. Rosenth. *d. c.* 10. *concl.* 10. Clar. §. *feudum. qu.* 21. *num.* 2.

Res & *jura Domini Vasallus* negligit; Si intra tempus legitimum investituram petere sine justa causa neglexerit; *feud.* 2. *tit.* 24. *qua de re supra*, *lib.* 2. *tit.* 7. Si Domino suo, cum posset, justitiam facere recusaverit; *feud.* 2. *tit.* 22. & *feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. illud tamen.* sive de ipsius feudo, sive de alio agebatur: Dd. *in d. vers. illud tamen. arg.* Gloss. *ibid. verb. justitiam.* & ad hoc citatus non obtemperavit, vel aliter in expressa & manifesta contumacia repertus fuerit; Alvarot. Afflict. Isern. & Dd. *in d.* §. *illud tamen.* Si debita servitia, à Domino requisita, sine justa causa, *Feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. illud est.* denegaverit, *Feud.* 1. *tit.* 21. & *Feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. *vers. sed non est.* Si in præstatione annui canonis, quem Domino ex conventione debebat, per triennium fraudulenter cessaverit. *arg. d. feud.* 2. *tit.* 24 §. 2. *vers. non est.* & *l.* 2. *C. de jur. emphyt.* Bocer. *d. Diss. thes.* 124. Rittershus. *d. c.* 5. *qu.* 66. *in fin.* Ludwell. *d. c.* 18.

TIT. VII.

De amissione Feudi sine culpa.

SIne culpa feudum amittitur; *Morte Vasalli*, *Rei feudalis interitu*, *Refutatione feudi*, *Inhabilitate serviendi*,

De-

Defectu corporis, & *Lapsu temporis.*

Morte Vasalli; si vel hæc natura feudi sit, ut ad heredes non transeat; ut *feudum Cameræ*, *Cavenæ*, *Guardiæ*, *Gastaldiæ*, *Feud. 2. tit.* 10. vel Vasallus sine successoribus feudalibus mortuus sit. *Feud. 2. tit. 3. in princ. Feud. 1. tit. 5. in princ. vers. rursus. feud. 2. tit. 73. feud. 1. tit. 13. vers. etsi clientulus.*

An moriatur *naturaliter*, an *civiliter*, id est, mediam vel maximam capitis diminutionem passus; nihil interest: *argumento ab usufructu sumpto.* l. pen. C. de usufr. *Eo etiam quod feudorum origo non ex jure naturæ, sed civili, sit promanata, cujus capaces non sunt maximam vel mediam capitis diminutionem passi.* §. 1. & 2. Inst. de capit. dimin. & ibi Dd. Vult. cap. 11. num. 8. Mozz. cap. ult. num. 116.

Interitu rei extinguitur feudum: Sublata enim re, in qua, utpote in suo subjecto, jus aliquod est, ipsum etiam jus tanquam ejus rei adjunctum, tollitur. *fac. princ. Instit. de usufr. l. 2. ff. eod.*

Modi multi sunt; puta incendium, *l. ex conducto.* 15. §. *si vis. ff. locat. cond.* terræ motus, inundatio, *l. qui universus.* 30. §. *item. l. interdum.* 21. §. *quod ex naufragio. ff. de acq. vel amitt. poss.* occupatio hostilis, *l. cum unus.* §. *fin. ff. de bon. auct. jud. poss.* & alii similes. *arg. l. 1. C. de jure emphyt.* Vult. *d. c.* 11. *n.* 5 Sonsbec. *part.* 12. *n.* 113.

Re-

Refutatione feudum amittitur, cum illud Vasallus, vel Domino, vel agnatis, refutat. *feud. 2. tit. 24. & tit.* 38. De qua supra, *lib. 2. tit. ult.* egimus.

Ex *inhabilitate serviendi* feudum amittitur; puta, cum Vasallus Clericus factus est, aut votum religionis assumsit: *feud. 2. tit. 26. §. si clericus. & feud. 2. tit. 30. in fin. Quia ex quo incipit esse miles Dei, desinit esse miles seculi, nec debet pertinere ad eum beneficium, qui non debet gerere officium:* Feud. 2. tit. 21. Nisi ut per substitutum æque idoneum servire possit, à Domino impetraverit; *arg. feud. 1. tit.* 24. vel consuetudine loci id receptum sit. Hartm. Pistor. *p. 2. qu.* 33.

Ob *defectum corporis*, & sic serviendi etiam inhabilitatem, feudum, non *paternum*, Zas. *part. 8. num.* 66. Haneton. *lib. 3. c. 11. num.* 3. Gloss. *feud. 2. tit. 36. & ibi* Alvar. Præpos. Schenck. sed *novum*, & quidem si servitia præstari debeant, Schenck. *feud. 1. tit. 6. §. mutus.* Sonsbec. *p. 12. n.* 136. amittitur; Vasallus si surdus, mutus, cæcus, claudus perpetuo factus. *feud. 1. tit. 6. §. 2.*

Qui tali vitio laborat, quod industria & cura Medicorum sanari potest, feudum non amittit; cum interim, donec pristinæ sanitati restituatur, per substitutum servire possit. *arg. feud. 2. tit. 26. §. si quis decesserit. & tit. 24. §. 2. vers. alius est. & tit.* 55.

Si

Si Vasallus, amisso propter corporis defectum feudum, sese exhibere non valeat, tantum ei relinqui debebit, unde se sustinere possit. *d feud.* 1. *tit.* 6. §. *fin.* Eguin. Baro, *ibid.* Vult. *c.* 9. *num.* 64.

Lapsu temporis amittitur feudum, si illud ad certum tempus vel tacite vel expresse datum sit. *Feud.* 1. *tit.* 2. & *arg. l.* 1. §. 6. *ff. depos. l.* 23. *ff. de div. reg. jur.*

Tit. VIII.

De causis, propter quas Dominus proprietatem rei feudalis amittit.

QUia Dominus Vasallo suo ad parem fidem & benevolentiam adstrictus est, *Feud.* 2. *tit.* 45. §. *ult.* & *feud.* 2. *tit.* 6. Haneton. *lib.* 3. *c.* 17. Curt. *p.* 6. *num.* 1. Duar. *c.* 15. *num.* 3. ideo iisdem ex causis proprietatem rei feudalis amittit, ex quibus Vasallus feudum. *Feud.* 2. *tit.* 26. §. *domino committente.* & *tit.* 47.

Quemadmodum igitur *Vasallus*, vel *culpa* sua feudum amittit, vel *sine ea*; ita Dominus quoque tam *culpa sua*, quam *sine ea* feudum perdit.

Sine culpa, si proprietatem Vasallo cesserit: *arg.* §. 3. *Inst. de usufr.* Vasallus eam præscriptione acquisiverit. Vide supra, *lib.* 2, *tit.* 2.

Ob culpam, non *commissionis* tantum; puta si in Vasallum, sive juratum, sive inju-

injuratum, Haneton. *d. loc.* vel etiam alium, deliquerit: ſed etiam *omiſſionis*, ſi Vaſallum Inveſtituram petentem intra legitimum tempus non inveſtierit: Gloſſ. *in feud.* 9. *tit.* 3. §. *fin. ibique* Bald. Alvarot. & alii. Clar. *d.* §. *feudum. qu.* 49. *num.* 7. ei juſtitiam non fecerit: *Feud.* 2. *tit.* 22. *in fin.* Gloſſ. *in Feud.* 2. *tit.* 24. §. 2. Clar. *d.* §. *qu.* 68. eum in magno periculo conſtitutum non defenderit: *feud.* 2. *tit.* 26. §. *Domino committente.* & *Feud.* 2. *tit.* 47. feudum ſine conſenſu Vaſalli alienaverit. *Feud.* 2. *tit.* 6. Clar. *d.* §. *qu.* 28. *num.* 3. Schneidw. *p.* 5. *num.* 134. Schrader. *p.* 8. *c.* 1. *num.* 65. Diſſ. Sonsbec. *p.* 13. *num.* 180. Weſemb. *c.* 10. *num.* 2.

Tit. IX.

Qua ratione Feudum amittatur.

Feudum ob ſupra dictas cauſas partim amittitur *ipſo jure*, partim *per ſequentem judicis ſententiam.*

Ipſo jure in caſibus Jure feudali expreſſis; *feud.* 2. *tit.* 26. §. *ſi quis.* 4. *verſ. qui Clericus.* & ſi mox ab initio inter Dominum & Vaſallum convenerit, ut ex omnibus indiſcriminatim cauſis Vaſallus ipſo jure Feudum amitteret, Haneton. *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 1. Zaſ. *p.* 10. *n.* 72. Vult. *c.* 11. *n.* 60.

Per *ſententiam judicis*; ſi inveſtituræ renovatio conſtituto tempore non petita; fidelitas non præſtita; *arg. feud.* 2. *tit.* 24.

in princ. in verb. carebit. & *feud. 2. tit. 55. in fin. princ. verb. amittant.* & *redeat*, & *revertatur.* & *in feud. 1. tit. 22. c. 1. in fin. verb. damnetur.* si Vasallus à Domino specialiter requisitus, eidem in bello adversus hostem opem ferre vel recusavit, vel neglexit; *arg. feud. 2. tit. 55. §. 1. verb. amittat.* & *feud. 2. tit. 54. verb. perdat.* si feudum illicite alienavit. Est enim generaliter traditum, ex nulla culpa Vasallum feudo suo privari, nisi ipsa & legitime prius probata, & à Curiæ Domini Paribus fuerit comprobata. *feud. 1. tit. 21. in princ.* & *feud. 1. tit. 22. in fin.* Haneton. *lib. 3. tit. 13. num. 3.*

Quia tamen illicite feudum alienando eo se privat Vasallus, ideo non judicis sententia privatoria, sed tantum declaratoria, opus est. Haneton. *d. lib. num. 4.* Duar. *c. 15. num. 5.* Zas. *p. 10. num. 73.*

Imo in omnibus casibus, in quibus ipso jure privationem fieri expressa consuetudinis Lege cautum est, & sententia Judicis declaratoria subsequi debet. *c. cum secundum leges. vers. bona. de hæret. lib. 6.* Bart. *in l. ejus qui delatorem. 29. ff. de jure fisci. arg. text. ibid. post princ.* Duar. *d. loc.* & Haneton. *d. l. 3. tit. 13. num. 5.*

Executio tamen privationis, antea à Domino facta, revocari non debet: Bald. *in feud. 1. tit. 21.* dummodo Vasallo non reluctante facta sit.

Quod

Quod ſi eo invito facta, & feudum ei reſtitui debebit, & forſan ejus directum Dominium Dominus perdet. *arg. l. ſi quis in tantum. C. unde vi. & §. 2. Inſt. de vi bon. rapt.*

Debet enim Dominus feudum ex juſta aliqua cauſa ſibi apertum, non propria auctoritate, ſed per judicem, hoc eſt, via judiciaria, conſequi. *arg. feud. 1. tit. 21. & tit. 22. l. extat. ff. de eo quod met. cauſ.* Bald. Jacob. de Belloviſ. *in feud. 1. tit. 1. §. fin.* Non enim ſingulis eſt concedendum quod publice per Magiſtratum fieri poteſt; ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi. *l. 176. ff. de reg. jur.* Zaſ. *p. 10. num. 72. & ſeqq.* Clar. *§. feudum. qu. 62.* Borcholt. *cap. 8. num. 156.*

TIT. X.

Ad quem amiſſum Feudum revertatur.

HActenus de amiſſione feudi actum; ſequitur ut videamus, ad quos *amiſſum devolvatur.*

Repetenda hoc loco diſtinctio ſupra titulo primo adducta; utrum ſcilicet *ob culpam* Vaſalli feudum ſit amiſſum, an *ſine culpa.*

Si *ſine culpa*; ut puta ob *vitium corporis*, tum indiſtincte liberis & deſcendentibus cedit, ſi extent; *Feud. 1. tit. 6. §. mutus.* ubi Dd. quibus deficientibus ad Dominum redit: Dd. *in feud. 2. tit. 21. & tit.*

36. *verf. quidam.* Wefemb. *cap.* 15. Si ob *religionis ingressum* extinctum, si *novum*, ad Dominum; si *antiquum*, ad agnatos, devolvitur: *d. feud.* 2. *tit.* 21. Ad quem *morte*, vel *refutatione*, amissum devolvatur, supra *tit.* 7. & *tit. ult. lib.* 3. diximus.

Quod si *ob culpam*; nihil interest, utrum committendo, vel omittendo, admissa sit: sed utrum *Feudum Novum* sit, an *Antiquum*; & culpa in *Dominum* sit commissa, an *alium*.

Si *Feudum Novum*; illud sive simpliciter, sive pro se & liberis datum sit, indistincte ad Dominum pertinet; sive *felonia in ipsum Dominum*, sive *alium*, sit commissa; exclusis tam *Filiis*, non facta distinctione, an feloniæ commissæ tempore vel nati, vel concepti sint, an non; Hanetou. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 1. quam *agnatis. feud.* 2. *tit.* 24. §. *denique. verf. si tamen beneficium feud.* 2. *tit.* 26. §. *si Vasallus culpam. feud.* 2. *tit.* 31. Curt. *de feud. p.* 5. *num.* 2. & 9. Clar. §. *feudum. qu.* 66. *num.* 2. 5 & 6. Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 1. *His*; quia alias in feudo novo non admittuntur: *Feud.* 2. *tit.* 11. *verf. his vero deficientibus. Illis*; partim quod exempla paterni criminis metuantur; *arg. l.* 5. *C. ad L. Jul. Majest.* partim, ut caritas liberorum parentes Vasallos Dominis fideliores redderet.

Si *Feudum* sit *antiquum*; distinguendum

dum utrum *culpa in ipsum Dominum*, an *alium*, commissa sit.

Priori causa feudum quoque ad Dominum redit: *per d. feud.* 2. *tit.* 24. §. *denique.* & *feud.* 2. *tit.* 37. *in fin. princ.* non ad agnatos, ut quidam volunt; Gloss. *feud.* 1. *tit.* 8. §. *hoc quoque. verb. partem suam.* Andr. de Isern. *in d. feud.* 2. *tit.* 24. §. *denique. num.* 49. Clar. *d.* §. *feudum. qu.* 66. *num.* 3. *in fin.* nec ad vitam tantum delinquentis, ejusque descendentium, postea agnatis restituendum, ut volunt alii; Jacob. de Ardiz. *c.* 135. *vers. sciendum.* Alvarot. *d. feud.* 2. *tit.* 24. §. *denique.* Vult *d. c.* 11. *num.* 71. sed libere, ut penes eum in perpetuum maneat. *per text. in d. feud.* 2. *tit.* 24. §. *denique.* & *tit.* 37. *in fin. princ. qui loquuntur indistincte. Ergò. l.* 8. *ff. de Publ. in rem act.* Ludwel. *cap.* 18. Haneton. *lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 3.

Nec hic, cum nonnullis Doctoribus excipiendi casus non petitæ investituræ; Alvar. *in feud.* 1. *tit.* 22. *num.* 15. & alii citati à Borcholt. *d. c.* 8. *num.* 141. Expresse enim refellitur per textum expressum *in feud.* 2. *tit.* 55. *princ. vers. prætерea.* Bald. *feud.* 2. *tit.* 31. Borch. *d. loc.* aut casus illicitæ alienationis. Clar. *d. qu.* 66. *num.* 7. Myns. 4. *obs.* 88. Gail. 2. *obs.* 50. *num.* 11. & *seqq.* Borch. *d. c.* 8. *num.* 142. & *alii.* Quia textus Juris feudalis; *in feud.* 1. *tit.* 5. *princ. vers. item si.*

feud. 2. t. 24. §. denique. & t. 44. & t. 55. princ. verſ. callidis. generaliter loquuntur. Vult. *d. c. 11. num.* 78. Ludwell. *d. loc.*

Poſteriori caſu, quando culpa non in Dominum, ſed alium, commiſſa eſt, feudum non ad Dominum, neque filios; ſed ad proximos agnatos, etiamſi quarto gradu ſint, dummodo ſtatim ſuccedere poſſint, devolvitur. *d. feud. 2. tit. 24. §. denique & tit. 26. §. ſi Vaſallus culpam. & tit. 31. & tit. 27.*

TIT. XI.

Feudo amiſſo ad quem ſpectent acceſſiones & incrementa.

QUod *feudo, poſtquam amiſſum, accedit*, ad eum ſpectat, ad quem feudum reverſum eſt. *feud. 1. tit. 4. in fin.*

Non idem dicendum de eo, quod feudo acceſſit, *cum adhuc apud Vaſallum eſſet*; ſed hic diſtinguendum, utrum *culpa Vaſalli*, an *ſine ea*, feudum amiſſum ſit.

Si *culpa Vaſalli*; non omnia incrementa & meliorationes una cum ipſo feudo Domino vel agnatis cedunt; ut *arg. l. 2. C. de jure emphyt.* volunt Schrader. *p. 2. ſect. 2. num. 16. & ſeqq.* Vult. *d. c. 11. num. 114.* ſed tantum exigua. *arg. l. pen. ff locati cond. & l. 38. ff. de hered. petit.* vide Fachin. *lib. 7. contr. cap. 90.*

Si ſine culpa Vaſalli feudum extinctum, iterum diſtinguendum, utrum incremen-

tum

tum *ex Vasalli facto, an sine eo*, accesserit: & si facto ejus, an tale sit, *quod per se subsistere nequeat*, ut servitus; *an subsistere & separari possit*, ut prædium: *Illud* accrescit feudo, & cum eo amittitur; *Hoc* secus. *feud.* 2. *tit.* 8. §. *e contrario.*

Possunt tum Vasalli heredes tamdiu rem feudalem retinere. Bald. Afflict. & alii *in feud.* 2. *tit.* 28. §. *si Vasallus.*

Penes Dominum erit, ut aut patiatur ædificium (si illud Vasallus in fundo feudali posuit) auferri; aut pretium meliorationis solvat. *d. feud.* 2. *tit.* 28. § *si Vasallus.* Clar. §. *feudum. qu.* 88. *num.* 1. Rosenthal. *cap.* 10. *concl.* 21.

Æstimatio meliorationis fieri debet viri boni arbitratu, non simpliciter secundum tempus præsens, sed considerato principio temporis quo cœpit impendere, medio itidem & præsenti. Menoch. *de Remed. recup. poss.* 15. *num.* 565. *per l. domos.* 58. *ff. de legat.* 1. Diss. multi.

Quod si *absque ullo Vasalli facto* & industria feudo quid accesserit, si quidem evidens & separatum; *ut insula in flumine nata*; Domino: sin vero latens, Vasallo cedere volunt. Clar. *d.* §. *feudum. q.* 88. *n.* 3.

Circa *fructus* itidem distinguendum est utrum feudum *culpa Vasalli*, an vero *sine ea*, extinctum vel amissum sit.

Si *absque culpa*, puta morte Vasalli, feudum finitum sit; distinguendum; ut, si

Vaſallus ante Calendas Martias decedat, omnes illius anni fructus, tam naturales, quam civiles; puta penſiones, cenſus, reditus; ſec. Bald. *in feud.* 2. *tit.* 28. §. *his conſequenter.* Hartm. Piſtor. *lib.* 1, *qu.* 24. *num.* 57. & *qu.* 25. contra Fachin. 7. *contr.* 96. Domino, ſi ei; Agnatis, ſi his feudum apertum: *feud.* 2. *tit.* 45. *ibique* Gloſſ. Alvarot. Bald. *num.* 24. Fachin. *lib.* 7. *contr.* 97. Diſſ. Weſemb. *c.* 9. *num.* 5. cedant: ſi poſt Calendas Martias uſque ad Auguſtum completum, Vaſalli heredum ſint: Si vero poſt Auguſtum, rurſus ad Dominum vel Agnatos pertineant. *text. in d. feud.* 2. *tit.* 28. §. *his conſequenter. ibique* Andr. de Iſern. Alvarot. & alii. Zaſ. *d. p.* 10. *num.* 109. Covarr. 1. *var. reſol.* 15. *num.* 14. Wurmſ. *obſ. feud.* 22. Weſemb. *c.* 9. *num.* 5. Borcholt. *c.* 7. *num.* 65. Vult. *c.* 7. *num.* 10. Fachin. *d.* 7. *contr.* 95. Ratio: Quia non ſolum Vaſallus poſt Calendas Martias decedens, mediam anni partem (inchoando annum à Septembri) ſupervixit, & ad fructuum quærendorum tempus proxime acceſſit: ſed etiam quia menſe Martio (reſpectu habito ad ſolum Italicum: unde hæc habemus) fructus ante ſati jam pullulaſcere & naſci, ſeminaque projici in terram ſolent, atque hinc Vaſallus jus omnium pene fructuum illius anni acquirit, quaſi ſemel cœptum deberi. Hartm. Piſtor. *d. qu.* 24. *num.* 45.

Si

Si *culpa Vasalli* feudum amissum; fructus pendentes, percepti omnes, una cum feudo ipso, ad Dominum, vel agnatos, pertinent: *arg. l.* 44. *ff. de rei vind.* Bald. *in d. feud.* 2. *tit.* 45. *n.* 26. *feud.* 2. *tit.* 40. Pistor. *d. q.* 24. *n.* 54. Zas. *d. p.* 10. *n.* 78. Wurmf. *obs. Feud.* 23. *num.* 2. Recipiunt enim hoc casu quod suum est; ideoque merito cum fructibus. Zas. *d. p.* 10. *n.* 74. *arg. l. videamus.* §. *fin. ff. de usur.* Vult. *c.* 11. *n.* 12. Schrad. *p.* 2. *sect.* 3. *n.* 34.

TIT. XII.

Quibus Vasalli culpa non obsit.

Q*Uod supra diximus*, Vasalli culpam, sive in Domini sui, sive in alterius personam commissam, in feudo tam antiquo, quam novo; regulariter omnibus ejus heredibus, quandoque agnatis, nocere, *perpetuum non est.*

Non enim Vasalli descendentibus aut agnatis, nocet delictum in Dominum commissum, cui is caussam dedit; Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 24. §. *fin.* nec commissam, Domino cum Vasallo colludente; Bald. *feud.* 1. *tit.* 5. *vers. aut si libellario.* nec si Vasalli descendentes, vel agnati, ad feudum nomine proprio veniant; Bart. *in l. cum qui. ff. de interd. & releg.* Bald. *l. lege* 12. *Tabb.* 14. *C. de legit. hered.* ut, si Feudum pro Vasallo, descendentibus & agnatis ejus nominatim concessum: aut hoc

Vasallus in stipulationem expresse deduxit, aut in investitura ejus Dominus hæc verba expressit: *Tale feudum tibi & tuis heredibus concedo*; vel, *Ut de uno in alium transeat*; vel *Vobis omnibus principaliter*; vel, *Attentis vestrum singulorum meritis*. Bald. *feud.* 2. *tit.* 24. & *fin.* & *feud.* 2. *tit.* 31. Hanet. *lib.* 3. *tit.* 17. *n.* 1, 2, 3. Zas. *p.* 10. *n.* 98.

Nec proinde delictum patris filio in eo feudo nocet, quod delicti à patre commissi tempore adhuc penes avum existebat. Bart. *in d. l. cum qui.* Bald. 2. *tit.* 31. Zas. *d. loc.* & *n.*

Nec agnatis nocebit delictum Vasalli, ob quod bona ejus sunt confiscanda: Feudum enim nihilominus ad ipsos redibit. Curt. *p.* 4. *num.* 42. & *p.* 5. *num.* 14. Clar. §. *Feudum. qu.* 84. Nisi tale sit, de quo Vasallus in præjudicium tam Domini, quam agnatorum, libere potest disponere. Bart. *in l. si finita.* §. *si de vectigalibus. num.* 3. *ff. de damn. inf.* Boër. *decis. qu.* 264. *num.* 8. & 9. Vide Menoch. *remed. recup. poss.* 3. *num.* 252. Clar. *d.* §. *qu.* 84. Vult. *c.* 11. *num.* 116.

TIT. XIII.

Quibus ex causis Dominus Feudi proprietate cadat.

SUperest, ut videamus, quando ipse Dominus *proprietatem feudi* amittat. Te-

Tenenda hic regula generalis; *Quod ex omni offensa, ex qua Vasallum feudo privari supra docuimus, dominus quoque feudi proprietate privetur* : non habita ratione, *in Vasallum*, an *alium*, commissa fuerit; nec distinguendo an *Vasallus juratus* fuerit; *nec ne* : *Feud. 2. tit. 26. §. fin. in princ. & feud. 2. tit.* 27. modo hoc casu, ex pacto, statim ab initio inito, jurare non debuerit. Alvarot. *ad d. §. fin. in princ.*

Proprietas feudi vacans cum usufructu consolidatur, & Vasallus plenum dominium in re feudali nanciscitur. *d. feud. 2. tit. 26. §. fin.* Hart. Hartm. *in obs. pract. tit. de feud. obs.* 27. Borcholt. *d. c.* 8. *num.* 253. Vult. *d. c.* 11. *n.* 115.

LIBER QUARTUS.

TIT. I.

De Judicio Feudali in genere.

REstat, ut *judicia feudalia*, tanquam omnium hactenus propositorum effecta, declaremus.

Qua in re considerand*a* sunt, *Personæ litigantes* : *Judex competens*; *Actiones*; *Modus eas proponendi & exercendi*; *Genera probationum*; *Sententia*; *Appellatio*; *Sententiæ Executio*.

Tit. II.

De personis litigantibus.

P*Ersonæ litigantes*, vel *principales* sunt, vel *adminiculantes*.

Principales sunt, *Actor* & *Reus*. *l. inter litigantes. 62. ff. de judic.* *Adminiculantes*, sunt *Advocati* & *Procuratores*.

Sed & Judici personæ quædam adminiculantes accedunt; ut, *Assessores*, *Actuarii*, *Executores*, *Apparitores*.

In quibus omnibus cum Jus Feudale cum Jure Civili conveniat, ad id nos remittimus.

Tit. III.

De judice competente.

QUemadmodum Civili Romanorum Jure nulli in sua causa sententiæ ferendæ potestatem committi placuit; *l. 1. §. 2. ff. quod legat. l. 10. ff. de jurisdict. l. Julianus ait. 17. ff. de judic.* & *tot. tit. C. ne quis in sua caus. jud.* ita de Jure Feudali nemo sibi jus dicere potest; sed causa per Judicem competentem dirimi debet. *Feud. 2. t. 16.* & *t. 55. §. fin.* & *t. 15.*

Qua in parte licet textus hujus Juris varii, ac nonnunquam contrarii, videantur, Zas. *part. 11. num. 8.* Jacob. de S. Georg. *verb.* & *dicti Vasalli. num. 1. vers. hodie.* Hottom. *disp. feud. c. 42.* Eguin. Ba-

Baro, *de Jure benefic. lib.* 4. *cap.* 3. *verſ. utcunque.* non tamen obſcurum eſt, pro ratione cauſæ, nunc *Dominum feudi*, nunc *Curiæ Pares*, nunc *loci Ordinarium*, nonnunquam *arbitrum*, feudales lites componere poſſe. *prob. per d. feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin. junct. feud.* 2. *tit.* 4. & *feud.* 1. *tit.* 18. & *ibi* Dd.

Eſt autem diſtinguendum, inter controverſiam de *feudo regali*, & de *non regali* motam.

Priori caſu; quando ſcilicet contentio inter Vaſallos eſt de feudo regali, hoc eſt, *Ducatu*, *Marchionatu*, vel *Comitatu*; ſupremus Princeps, à quo ipſe ſe inveſtitos dicunt, judex competens eſt. *d. Feud.* 1. *tit.* 18. *Feud.* 2. *tit.* 54. Clar. §. *Feudum. qu.* 90. Mozz. *de nat. feud. num.* 110. Sonsbec. *p.* 14. *num.* 19. Menoch. *tert. remed. retinend. poſſ. num.* 389.

Poſteriori caſu, puta cum controverſia eſt de feudo non regali; rurſus diſtinguendum; aut ea eſt inter *Valvaſores*, id eſt, minores & inferiores Vaſallos; aut inter *Dominum & Vaſallos*; aut *inter Dominum & extraneum*; aut denique *inter Vaſallum & extraneum*; Ludwell. *cap. ult. de jud. feud.*

Si inter Valvaſores; *Dominus feudi* (ſive is ſit *ignobilis*, ſive *nobilis*; Schrader. *p.* 10. *ſect.* 1. *num.* 56. Roſenth. *c.* 12. *conc.* 1. *num.* 23. ſive *mas*, ſive *fœmina*; *arg. d.*

 feud.

feud. 2. *tit.* 55. §. *fin.* Dec. Alvarot. *feud.* 2. *tit.* 3. §. 1. *verſ. fœminam.* Schrader. *d. ſect.* 1. *num.* 5 & 6. Roſenthal. *d. concl.* 1. *num.* 22. ſive feudum ſit *majus*, ſive *minus*; *d. feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.* ſive *proprium*, ſive *improprium*; Curt. *p.* 7. *num.* 20. Borcholt. *c.* 10. *num.* 20. Roſenth. *d. concl.* 1. *num.* 41. ſive controverſia ſit de *poſſeſſione*, ſive *proprietate*; *arg. l.* 10. *C. de Judic.* Curt. *d. p.* 7. *num.* 24. Clar. *d. qu.* 90. *num.* 9. Duar. *cap.* 20. *num.* 7. Vult. *c.* 2. *num.* 20. ſive cauſa in prima inſtantia, ſive per appellationem devoluta; Curt. *d. p.* 7. *num.* 31. Clar. *d. qu.* 90. *num.* 11. ſive Vaſalli *Laici* ſint, ſive *Clerici*; Clar. *d. qu.* 90. *num.* 4. Duar. *c.* 20. *num.* 6. Gail. 1. *obſ.* 37. *num.* 3. Schenck Baro. *feud.* 2. *tit.* 20. *in fin.*) judex competens eſt. *Feud.* 2. *tit.* 53. §. 2. *verſ. præterea.* & *tit.* 55. §. *fin.* Nec obſtat *Feud.* 1. *tit.* 18. loquitur enim non, ut nos, de lite inter convaſallos, ſed Subvaſallum & Vaſallum, adeoque inter Dominum & Vaſallum. Nec *feud.* 2. *t.* 34. *in pr.* loquitur enim in caſu, quo vel Dominus ſuſpectus eſt, Sonsbec. *d. p.* 14. *n.* 27. vel an alter Vaſallus ſit, dubitatur. Roſenth. *c.* 12. *concl.* 1. *num.* 8. & *ſeqq.*

Domini hujus, ut & Parium, Juriſdictio, ordinaria eſt. Curt. *d. p.* 7. *num.* 28. Illis enim ex diſpoſitione legis obvenit; *d. feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin.* Panorm. *in c. cæ-*

terum.

terum. de judic. ac insuper contractu firmatur. *c. ex transmissa de foro compet.*

Hinc, perinde ut Ordinarius, ita & Feudi Dominus, ut suspectus in totum removeri non potest; sed alius illi, ut judicium suspicione careat, adjungi debet. *arg. Auth. si vero. C. de judic. l. 4. C. de jurisd. omn. jud. arg. Feud. 2. t. vers. strenuus.* Alvarot. *Feud. 2. t. 15.* Zas. *p. 11. n. 25.*

In eo tamen ab Ordinario differt, ut sine illius consensu expresso Vasalli litigantes alterius judicis Jurisdictionem prorogare nequeant. *d. feud. 2. tit. 55. §. fin. in verb. si inter duos.* Clar. *d. qu.* 90. Gail. 1. *obs.* 40. *num.* 6. Curt. *p. ult. num.* 19. Loriot. *in com. in Usib. feud. tit ult. art.* 3. Nec enim possunt Domino jus suum auferre, & jurisdictionem, à lege & consuetudine feudali concessam, inutilem reddere. Eguin. Baro, *lib.* 4. *de benefic. c.* 1. *in princ.* Duar. *c.* 20. *num.* 8.

Sed hæc, quæ diximus, cessant; si vel consuetudine regionis, Bald. *Feud.* 2. *tit.* 55. & Præpos. Curt. *p. ult. num.* 13. vel pacto investituræ, *feud. 2. tit.* 18. & *tit.* 24. §. 1. & *tit.* 3. §. *fin.* Rosenthal. *c.* 12. *concl.* 42. aliud sit receptum; puta ut vel ordinarius loci Judex, vel alius certus Magistratus ad id constitutus, de causis feudalibus, excluso Domino, cognoscere debeat: Curt. *d. p.* 7. *num.* 13. Borcholt. *c.* 10. *num.* 32. Si, an uterque

litigantium ſit Vaſallus, non conſtet; aut uterque contendat, feudum ſibi noviter eſſe datum; aut diverſos inveſtitores præferant; & non Domini, ſed ordinarii erit jurifdictio: *arg. feud. 2. tit. 55. in fin. ibique* Bald. *n.* 4. Clar. *d. qu.* 90. *num.* 7. Curt. *d. p.* 7. *num.* 5, 7, & 27. Si uterque contendat, feudum eſſe antiquum, *Dominus cum Paribus* competens judex erit: *Feud.* 2. *tit.* 15. *verſ. illud tamen.* & Gloſſ. & Dd. com. Curt. *d. p.* 7. *num.* 6. Vult. *c.* 2. *num.* 17. Roſenth. *d. c.* 12. *concl.* 2. *num.* 17. & *ſeqq.* Zaſ. *p.* 11. *num.* 8. Weſemb. *c.* 17. Si unus dicat, feudum novum eſſe, alter antiquum; cognitio, *feud.* 2. *tit.* 26. ſive de evictione teneatur Dominus, ſive non; Roſenth. *d. concl.* 2. *num.* 22. Vult. *d. c.* 2. *num.* 18. ſive uterque litigantium alia feuda non controverſa ab eodem Domino habeant; ſive non; *feud.* 2. *tit.* 46. Schrader. *d. p.* 10. *ſect.* 2. *num.* 15. ad *Pares Curiæ* pertinebit: *d. feud.* 2. *tit.* 26. Si Dominus juſtitiam facere noluerit, vel diſtulerit; & cauſa coram *Ordinario* ventilari poterit. Gloſſ. *ad feud.* 2. *t.* 55. *in fin.* Curt. *d. p.* 7. *num.* 14. Giphan. *tract. feud. c. ult. num.* 18.

Si lis ſit, non inter Vaſallos, ſed *inter Vaſallum & feudi Dominum*, controverſia non apud Dominum, cum ipſe ſibi jus dicere nequeat; *l. Julianus ait.* 17. *ff. de judic.* ſed apud *Pares* ejuſdem *Curiæ* eſt ter-

terminanda. *d. feud.* 2. *tit.* 55. *in fin.* & *tit.* 10. & *tit.* 20. & *tit.* 39.

Neque distinguitur in *Domino* cujuscunque ille sit qualitatis, etiamsi talis, ut Superiorem non recognoscat. *arg. d. feud.* 2. *tit.* 55. *in fin.* & *ibi* Bald. Afflict. *feud.* 2. *tit.* 15. Curt. *p.* 7. *num.* 34. *vers. secundo, extente.* Menoch. *d. remed. num.* 435. & *num.* 438. Cum Superior inferiori se subjicere possit. *l. est receptum.* 14. & *ibi Dd. ff. de jurisdict. l.* 1. *ff. de judic.* Neque in *litigantibus*, an eorum alteruter Clericus, Pares vero Curiæ Laïci. Clar. *d. qu.* 90. *num.* 4. Schrader. *d. sect.* 15. *num.* 17. Neque in *causa controversa*; an ea sit de proprietate, an possessione: *text. feud.* 2. *tit.* 22. *vers. si verò Vasallus.* & *arg. d. feud.* 2. *tit.* 55. *in fin.* & *tit.* 10. Haneton. *lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 2. Schrader. *d. p.* 10. *sect.* 1. *num.* 77. Neque in *actione*, qua experiuntur; an ea sit condictio ex Lege, vel ex Moribus; ut putant Mynf. 1. *obs.* 99. & Schrader. *d. p.* 10. *sect.* 10. *num.* 40. an quævis alia. *text. Feud.* 1. *tit.* 21. §. *ult.* & *feud.* 2. *tit.* 22. & *arg. d. feud.* 2. *tit.* 10. & *tit.* 55. *in fin.*

Judicabunt Pares, si idonei, Gl. Laud. Bald. *feud.* 2. *tit.* 16. omnes, si forte ita *litigantibus* placuerit, vel ii, qui à Domino & Vasallo electi fuerint; *d. feud.* 2. *tit.* 20. si dissentiant, *ex Paribus* prior Dominus Judices eliget; *feud.* 2. *tit.* 16. *ubi*

Afflict. Laudenſ. Schenck Baro & comm. FF. Ardiz. *rub.* 21. 35. Eguin. Baro; *lib.* 4. *benef. cap.* 3. deinde Vaſallus totidem; *d. feud.* 2. *tit.* 16. *& tit.* 42. Gloff. *in feud.* 2. *tit.* 55. *in fin.* Clar. *d. qu.* 90. *num.* 2. Zaſ. *p.* 11. *num.* 12. *verſ. hoc tamen,* Gail. 1. *obſ.* 34. aut ſi is tergiverſetur, ſolus Dominus. *arg. l. ſi quis rem.* 30. *ff. de recept. arbit. l. in fundo. ff. de rei vind. l.* 22. §. 1. *ff. de fideicom. libert.* Andr. de Iſern. *ad feud.* 2. *tit.* 10. *num.* 4. Alvarot. *num.* 6. Mynſ. 4. *obſ.* 89. Quo peracto Dominus *Pares* electos, & ſub debito fidelitatis conjuratos, in vim juramenti præſtiti, requiret; aut ſi judicare detrectaverint, ſi ipſe non poteſt, per Superiorem compellet; *feud.* 2. *tit.* 2. *in princ. verſ. Si n. domino. & tit.* 22. *& feud.* 1. *tit.* 26 *arg. l. fin. in fin. C. de appell. l. ex omnibus. C. de decurion. lib.* 10. Borcholt. *c.* 10. *num.* 9. ut cauſam cognoſcant, & ſecundum jus & æquum ſententiæ prolatione definiant.

Quæ de Domino & Paribus diximus tum procedunt, *ſi controverſia de re feudali fuerit*; ut ſi ambo fateantur, rem feudalem eſſe, neque in qualitate feudi diſſentiant, aut ſi contendant, quouſque ſe feudi fines extendant, aut de parte feudi, aut alia ſimili contentione; *quarum plurimas recenſet* Roſenth. *cap.* 12. *concl.* 13.

Quod

Quod si enim quæstio de re non feudali incidat, ad ordinariam Ordinarii Judicis Jurisdictionem vel arbitrium res devolvitur; Curt. *part. ult. num.* 8. *cum seqq.* Rosenthal. *concl.* 34. *& seqq.* Menoch. *d.* 3. *remed. retin. poss. num.* 427. *&* 443. Vult. *cap.* 2. *num.* 14. *& seqq.* Borcholt. *cap.* 10. *num.* 31.

Res non feudalis semper illa dicitur, quæ *vere feudalis appellari nequit*. Ut si de feudo constituendo tantum, promisso, & nondum tradito, disputetur: *arg. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco.* Panorm. *in c. cæterum. de judic.* Curt. *p. ult. num.* 37. *fac. feud.* 2. *tit.* 20. *& tit.* 39. §. *si inter.* Schrader. *d. p.* 10. *sect.* 6. *n.* 167. *& seqq.* Rosenth. *concl.* 29. aut Vasalli feudum sibi nove datum affirment: Rosenthal. *conclus.* 34. Vult. *c.* 1. *num.* 15. diversos investitores proferant: *Feud.* 2. *tit.* 27. §. 2. *vers. si duo. & vers. si tres. & tit.* 34. §. *si autem.* Vult. *d. cap. num.* 16. Borcholt. *c.* 10. *num.* 33. Mynf. 1. *obs.* 99. si quæstio inter Vasallum & extraneum; *feud.* 2. *tit.* 42. Curt. *d. p. ult. num.* 8. Petr. Pertic. *de feud. tit.* 15. *n.* 14. vel inter duos Dominos: Rosenthal. *concl.* 25. *& concl.* 26. *usque ad* 30. vel inter Dominum & extraneum: *feud.* 2. *tit.* 42. Curt. *d. loc.* Vult. *d. c. num.* 32. Mynf. 5. *obs.* 75. *n.* 3. vel si juramentum fuit remedium turbatæ possessionis. *exl. si quis in*

tan-

tantam, C. unde vi. Curt. *d. p. ult. n. ult.*

Eſt & Judicis Ordinarii cognitio, ſi nulli ſint Pares Curiæ, Gloſſ. *feud.* 2. *tit.* 55. *in fin.* Mynſ. 6. *obſ.* 19. Borcholt. *c.* 10. *num.* 13. aut quidem ſint, ſed, propter aliorum defectum, *feud.* 2. *tit.* 16. *feud.* 1. *tit.* 18. *feud.* 2. *tit.* 42. Wurmſ. *obſ. de feud.* 37. *num.* 1. ad teſtimonium neceſſario producuntur; *arg. feud.* 2. *tit.* 26. *& tit.* 32. Loriot. *in uſib. feud. tit. ult. p.* 2. *verſ. ſi inter.* Borcholt. *d. loc. num.* 12. Ne tunc ſimul & judices & teſtes ſint. *contra c. dilecti. Ext. de teſt.* Roſenth. *d. c.* 12. *concl.* 4. *num.* 6.

Imo omnibus iis caſibus, quibus Dominus vel Pares excluduntur, ad judicem Ordinarium pertinet cognitio. Roſenth. *d. c.* 12. *concl.* 4.

Niſi, ut poſſunt, in Arbitrum Compromiſſarium Dominus & Vaſallus, vel Vaſalli compromiſerint. Bald *ad Feud.* 2. *tit.* 55. *in fin. num.* 19. *ad c. cæterum.* 5. *de judic. n.* 3. Schrader. *d. ſect.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* Roſenth. *d. c.* 12. *concl.* 4. *num.* 71. Clar. *d. §. feudum. qu.* 90. *n.* 9. Gail. 1. *obſ.* 40. *n.* 6. Borcholt. *d. c.* 10. *n.* 30.

TIT. IV.

De actionibus Feudi nomine competentibus.

TEmpore Romanorum Feudi nomine nullæ competebant actiones, ſed to-

tota hæc res pendebat ex auctoritate & arbitrio Imperatoris, ſicut & reliqua jura militaria: nec inter Ducem & militem actiones erant proditæ.

Hodie, ſublata veteri diſciplina militari, feudalia jura conſuetudine ad conditionem privatorum judiciorum ſunt redacta. Vigel. *Meth. Feud. cap.* 3. *q.* 1. *pag.* 95. *in fin. & pagg. ſeqq.*

Proinde feudi nomine *actiones* competunt tam *Vaſallo*, quam *feudi Domino.*

Illi aliæ competunt *feudo nondum conſtituto*, aliæ *eo conſtituto.*

Quæ competunt *feudo nondum conſtituto*, ſunt variæ, pro ratione conventionis, qua feudi conſtitutio eſt promiſſa.

Si *nudo pacto* de feudo conſtituendo convenit, erit *condictio ex moribus*; quibus obligatio ex pacto nudo eſt introducta: Roſenth. *c.* 3. *concl.* 4. Weſemb. *in par. ff. de pact. n.* 9. Vult. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 9. ſi *ſtipulatione*, *actio ex ſtipulatu*, vel *certi condictio*: ſi quid *ex conventione* datum vel factum ſit à futuro Vaſallo ea lege, ut feudum ipſi à Domino conſtitueretur, pro ratione conventionis vel *ex empto*, vel *actione præſcriptis verbis*, erit experiundum: ſi heres juſſus ſit *teſtamento* alicui feudum conſtituere, *actio erit ex teſtamento*: Roſenth. *c.* 12. *concl.* 1. Niell. *diſp. feud.* 9. *theſ.* 1. *lit. b.* ſin feudum *donatione* promiſſum; *actio ex donato* competet.

Etſi

Etsi enim promissione nullum jus in re constituatur, sed obligatio saltem personalis acquiratur, tenetur tamen Dominus ex ea ad feudi traditionem, & moræ ab ipso contractæ emendationem. *Feud.* 2. *tit.* 26. *vers. si facta.* & *Feud.* 1. *tit.* 4. Arum. *disp. feud.* 9. *thes.* 3.

Feudo constituto, datur Vasallo *utilis rei vindicatio*, *condictio ex lege*, & *interdicta*.

Rei vindicatio utilis ipsi competit, non solum contra extraneum possidentem rem feudalem, sed etiam contra ipsum Dominum; ut vel feudum renovetur, si sit antiquum; vel possessio tradatur, si sit novum: *Feud.* 2. *tit.* 8. §. 1. & *tit.* 26. §. *si facta.* neque solum de feudo ipso, sed etiam de servitute rei feudali debita. *d. Feud.* 2. *tit.* 8. *in princ. vers. res autem. ubi* com. Dd. teste Rosenthal. *cap.* 12. *concl.* 2. Schneid. *part.* 4. *num.* 60. Hattys. *in Anal. c.* 10. Hart. Hartm. *pract. obs.* 12. *tit. de feud.* Curt. *p.* 1. qu. 10. Vult. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. Duar. *c.* 18. *num.* 1.

Condictio ex lege datur Vasallo adversus Dominum, ut, si feudum fuerit evictum, aliud ejusdem bonitatis restituat, vel æstimationem ejus solvat. *Feud.* 2. *tit.* 8. *princ.* & *Feud.* 2. *tit.* 25.

Et tum veniunt in hanc actionem præter æstimationem feudi evicti, etiam impensæ à Vasallo in Judicio evictionis factæ; modo sine judicis injuria feudum sit

evi-

evictum, & Vasallus Domino, etiam scienti litem contra se motam, legitimo tempore, id est, ante sententiam, Schenck Baro, *ad Feud. 2. t. 25. n. 4 & 5. &* Dd. comm. denuntiaverit. Cujac. *l. 1. de feud. in proœm. fol.* 12. Vult. *lib. 1. c. 10. n. 35.*

Potest & Vasallus, si Dominus tale quid fecerit, ut proprietate privari debeat, hac actione petere, ut ab omni officio & obsequio ad quod feudi nomine tenebatur, immunis declaretur. Duar. *c. 18. n. 7.*

Vasalli nomine intelligimus & Subvasallum, cui non Dominus mediatus, cum quo nihil contractum; sed immediatus, evictionis nomine æque tenetur atque Dominus proprietatis Vasallo primi gradus. Rosenthal *c. 9. §. 130. & c. 8. §. 56.*

Interdicta Vasallo competunt, non modo *adipiscendæ & retinendæ*, sed & *recuperandæ possessionis*; modo adversus Dominum, loco interdicti unde vi, actione in factum experiatur. *arg. l. 1. §. Interdictum hoc. 43. ff. de vi & vi arm. Feud. 2. tit. 2. in fin. verb. salva reverentia.* Nisi vi armata Dominus usus sit. Tunc enim & hoc interdicto uti poterit. *d. l. 1. §. interdictum hoc. 43. & arg. cap. esto subjectus. dist. 95.* Menoch. *rem. 1. recup. poss. num. 94. & 8. seqq.* Wesemb. *in par. ff. de vi & vi arm. n. 13.* Zas. *p. 7. n. 49.* Diss. Cujac. *lib. 2. feud. tit. 22.* Borcholt. & alii. vide Arum. *disp. feud. 3. thes. 8.*

Po-

Poteſt etiam Vaſallus implorare *judicis officium*, ſi fortaſſis nimiis ſervitiis à Domino oneretur, vel alias in ſua poſſeſſione turbetur. Bald. *in Feud.* 2. *tit.* 55. §. *fin. n.* 15. Curt. *p.* 7. *n.* 36. Roſenthal. *d. c.* 12. *concluſ.* 12. *num.* 26. Vult. *d. c.* 1. *num.* 16. Giphan *d. c. ult. num.* 5.

Domino competunt, *directa rei vindicatio*; *condictio cauſa data cauſa non ſecuta*; *Condictio ex lege*, ſive *moribus*, *actio præſcriptis verbis*, & *interdicta*.

Directa rei vindicatio; qua, reſpectu ſui ſuperioris dominii rem à quovis poſſeſſore; ſive extraneus ſit, ſive Vaſallus, vindicare poteſt: *Feud.* 2. *tit.* 23. puta, ſi Vaſallus requiſitus ſervitia non præſtitit; feudum Domino inſcio alienavit; aut feloniam aliquam commiſit; Alvarot. *Feud.* 2. *t.* 24. §. 2. *verſ. ſed non eſt alia.* Roſenthal *c.* 12. *concl.* 7. Duar. *c.* 19. *n.* 1. Borcholt. *c.* 9. *n.* 21. Vult. *l.* 2. *c.* 1. *num.* 19. Item ſi quis ſe Vaſallum eſſe, & rem jure feudi poſſidere, affirmaverit, Domino rem Feudalem eſſe negante; *Feud.* 2. *t.* 2. §. *ſi vero.* Borcholt. *d. loc.* Vult. *d. l.* 2. *c.* 1. *n.* 21. ſi extraneus Feudum poſſideat; modo tum Vaſallus in agendo cum eo non concurrat. Roſenthal. *d. c.* 12. *concluſ.* 12. *n.* 3. Schneidw. *part.* 1. *feud. n.* 27. Vult. *d. l. c.* 1. *n.* 30. Hart. Hartm. *d. t. de feud. obſ.* 13.

In eundem finem Domino *Condictio*

cau-

causa data causa non secuta datur; puta ad Feudum revocandum, si Vasallus servitia præstare nolit, *Feud.* 2. *t.* 21. *princ.* vel ingratitudinem sive feloniam commisit. *d. Feud.* 2. *t.* 24. *denique. ibique* Alvarot. & Dd. Borcholt. *c.* 9. *n.* 22. Sonsbec. *part.* 13. *n.* 75. Duar. *c.* 19. *n.* 1.

Condictio ex lege, sive *moribus*, Domino toties datur, quoties alia nulla actio competit; *arg. l. un. ff. de condict. ex leg. ubi* Bart. *junct. Feud.* 2. *t.* 55. eaque ad omnia agere potest, quæ jure feudorum cuique tribuuntur. Duar. *c.* 19. *n.* 1. Wesemb. *c.* 16. *n.* 8. Hattys. *in Anal. c.* 10.

Actio præscriptis verbis datur Domino, si forte servitia urgere & exigere à Vasallo, feudo penes illum relicto, quam illud revocare malit. Cujac. *in proœm. Feud. propositi.* Cum & hæc actio ad placiti fidem servandam competat. *l.* 9. *ff. de præscript. verb. l.* 4. *l.* 5. *l. fin. C. de rer. permut.* Ludwell. *c. ult.*

Interdicta possessoria dantur Domino, non tantum si ipse, à quocunque etiam fiat, turbetur, aut spolietur civili sua possessione; sed etiam si Vasallus turbetur aut dejiciatur, & agere vel non possit, vel nolit. Blanch. *de Feud. l.* 4. *c.* 1. *n.* 68. *& seqq.* Haneton. *l.* 4. *c.* 2. Duar. *d. c.* 19. *n.* 6. Menoch. *de recup. poss. remed.* 1. *n.* 87. Eguin. Baro, *l.* 4. *de benefic. c.* 19. Gail. 2. *obs.* 75. Vult. *l.* 2. *c.* 1. *n.*

22. Diff. Cujac. *l.* 9. *obs.* 33. Borcholt. *c.* 9. *n.* 25. & 26. Hattys. *d. c.* 10. Gipl. *c. ult. n.* 20.

Præterea datur Domino *actio ex stipulatu*, si stipulatio intervenit. Duar. *d. c.* 19, *n.* 1. Vult. *l.* 2. *c.* 1. *n.* 17. Schneidw. *part.* 1. *n.* 28. Goed. *disp. feud.* 10. *thes.* 7.

Domino contra heredem Vasalli, ad feudi privationem ob feloniam à Vasallo commissam, nulla competit actio revocatoria. Quia actiones pœnales ad heredem non transeunt, nisi lite cum defuncto contestata. *l. un. C. ex delict. defunct. in quant. hered. ten.* §. *non autem. Inst. de perpet. & temp. act.* Curt. *p.* 4. *n.* 157. Wesemb. *c.* 15. *n.* 5. Gloss. *Feud.* 1. *t.* 5. Clar. § *Feudum. qu.* 65. Zas. *p.* 10. *n.* 76. Vult. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 66. Borcholt. *c.* 8. *n.* 154.

Nec etiam heres Domini contra Vasallum ob feloniam per eum commissam ad feudi privationem agere potest. Quia talis felonia dicitur esse injuria, commissa contra Dominum. Injuriarum autem actio morte extinguitur, nec heredi competit: *l. cum qui.* §. *qui injuriarum. ff. si quis caution:* Curt. *d. p.* 4. *n.* 156. Clar. *d.* §. *qu.* 64. Vult. *d. l.* 1. *c.* 11. *n.* 68. Nisi Dominus in vita Vasalli de commisso conquestus sit, vel commissum ignoraverit, vel alia justa causa impeditus querimoniam omiserit. Wesemb.

ſemb. *c.* 14. *num.* 10. Clar. *d.* §. *qu.* 64. Sonsbec. *p.* 12. *n.* 31. Wurmſ. *t. de feud. obſ.* 36. *n.* 4. Mynſ. 3. *obſ.* 97. Borcholt. *cap.* 8. *n.* 155.

Liberis quoque, *Feud.* 2. *t.* 26. §. *Titius. verſ. quod ſi Titius. ibique* Alvarot. Andr. de Iſern. Diſſ. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *qu.* 4. & agnatis Vaſalli. *d. Feud.* 2. *t.* 26. §. *Titius filios. ibique* Gloſſ. & Dd. competit actio *revocatoria*, qua feudum, à prædefuncto Vaſallo alienatum, revocare poſſunt. *d. Feud.* 2. *t.* 26. §. *Titius.* & *Feud.* 2. *t.* 15. *Feud.* 1. *t.* 18. Duar. *d. c.* 19. *n.* 5.

Eſt ea vel rei vindicatio, *Feud.* 2. *t.* 26. *verſ. quodam. ibi, qui feudum ſibi vindicant quaſi paternum. Feud.* 2. *t.* 83. Gloſſ. & Dd. *in Feud.* 1. *t.* 8. §. *hoc quoque.* vel condictio ex lege. *Feud.* 2. *t.* 55. Roſenthal. *c.* 9. *concl. fin.* & *c.* 12. *concluſ.* 10. Schenck Baro, *in Feud.* 2. *t.* 42. Duar. *d. c.* 19. *n.* 5. Goed. *diſp. feud.* 10. *theſ.* 3.

Tit. V.

De modo actiones, Feudi nomine competentes, proponendi & exercendi.

Cognito coram quibus judicibus, & quibus actionibus controverſiæ Feudales agitari & finiri debeant, conſequens eſt, ut inveſtigemus quo *ordine* & *modo* id faciendum ſit.

De eo hæc tenenda regula eſt: *Quod in omnibus ſervetur ordo procedendi jure Romano conſtitutus, niſi quid ſpecialiter hoc Feudorum jure ſit introductum. arg. Feud.* 1. *t.* 1. Iſern. *Feud.* 2. *t.* 55. *& Feud.* 2. *t.* 16. *& ibi* Laudenſ. *n.* 14. Vult. *l.* 2. *c.* 3. *n* 3.

Quare actor ſtatim ab initio reum in jus *trina citatione*; *Feud.* 2. *t.* 22. *& Feud.* 2. *t.* 24. *S. I.* non, ut jure civili fieri poteſt, una peremtoria, *l.* 53. §. 1. *ff. de re jud.* legitime vocare debet. Nec hic, ſi reus Dominus ſit, Vaſallus actor veniæ impetratione opus habet. Clar. §. *Feudum. qu.* 25. *n.* 1. Gloſſ. *in d Feud.* 2. *t.* 22.

Reus *citatus venire* debet: *Feud.* 2. *t.* 15. *in fin. & t.* 26. *in fin. arg. l.* 2. *ff. ſi quis in jus voc. non. rei.* & exceptiones declinatorias fori, id eſt, juriſdictionis illius judicis, ad quem vocatus, quas habet, & quibus uti vult, ab initio proponere. Gloſſ. *in verb. ad Dominum. d. Feud.* 2. *t.* 15. *arg. l. nemo. C. de juriſd. omnium jud. l. ubi cœptum. & ibi* Dd. *ff. de judic.*

Si eas non proponat, aut non habeat, ei actor *libellum* edere debet; ut ex eo reus deliberare poſſit, litine cedere, an contendere ultra debeat. *Auth. offeratur. C. de litis cont. l.* 1. *in princ. ff. de edend. c.* 1. *de libell. oblat.*

In hunc modum conventus, ſi viciſſim actorem reconvenire velit, poteſt, nulla actoris exceptione obſtante; *modo & ipſæ re-*

reconventionis causa feudalis sit; sive eadem, sive alia, & causam conventionis aliquo modo concernat. *arg. l. solemus. §. Latrunculor. ff. de judic.* Bald. *in Feud. 2. t. 16.* Mynf. 4. *obs.* 9. Wesemb. *c.* 16. *n.* 9. Vult. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 9. Rosenthal. *c.* 12. *concl.* 5. *n.* 34. Schenck Baro, *Feud. 2. t. 16.* Blanch. *l.* 4. *c.* 1. *n.* 27. Diss. alii, per Gloss. *fin. in Feud. 2. t. 16. arg. l. cum Papinianus*, 14. *in fin. C. de sent. & interloc. om. jud.* Andr. de Isern. *n.* 3. Bald. *n.* 3. Alvarot. *n.* 5. *Feud.* 2. *t.* 16. Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 57. Hanet. *l.* 4. *c.* 3. *n.* 5.

Hinc inter actorem & reum *lis* debet *contestari. l. un. de litis contest. & l.* 1. *C. eod.* Est enim litis contestatio de judicii plenarii substantia. *d. c. un. l. prolatam. C. de sent. & interloc. omn. jud.*

Lite contestata statim uterque litigatorum *calumniæ vitandæ juramentum* secundum Jus Commune, *l.* 2. *C. de jurej. propt. calumn.* præstabit; si modo inter duos Vasallos de feudo contentio sit: cum in iis jus hoc nostrum nihil speciale expresserit. *arg. Feud. 2. t. 1. in fin. princ.* Haneton. *d. l.* 4. *c.* 3. *n.* 7. Vult. *d. c.* 3. *n.* 8.

Quod si inter feudi Dominum & Vasallum controversia sit, Vasallus à Domino, ob reverentiam, quam ei debet, hoc jusjurandum exigere non potest: & per consequens nec Dominus à Vasallo; *Feud.* 1. *t.* 33. §. 1. ut inter eos æqualitas

(quæ in judiciis ſervanda. *c. in judiciis. c. non licet. de reg. jur. in* 6.) conſtituatur. Hanet. *d. l.* 4. *c.* 3. *n.* 7.

Quod obtinet ſive Vaſallus juramentum fidelitatis præſtiterit, ſive non. Cum quia *Feud.* 2. *t.* 33. §. 1. indiſtincte loquitur: Tum quia ratio, ob quam juramentum hoc remittitur, non tantum ſit juramentum fidelitatis ſemel præſtitum, ſed etiam, & quidem præcipue, mutua reverentia & fides, quam & ſine juramento ſibi invicem Vaſallus & Dominus debent. *Feud.* 2. *t.* 6. *in fin.* Vult. *d. c.* 3. *n.* 6. Roſenthal. *d. c.* 12. *concl.* 13. *n.* 58.

Poteſt tamen unus litigantium ultro ſe ad jurandum offerre; & tum ipſi quidem, ſed non alteri parti, præſtandi neceſſitas imponitur: Cum ſuo quidem juri quilibet renuntiare poſſit, ſed adverſario jus quæſitum auferre nequeat. Iſern. Alvarot. Bald. *ad d. Feud.* 2. *t.* 30. Haneton. *d. c.* 3. Vult. *d. c.* 3. *n.* 8.

Actor, reo vel ante litem conteſtatam, vel poſt, in non comparendo, vel judici non obtemperando, contumace exiſtente, vel, in rei petitæ, ſi actione in rem actum; vel, ſi actione perſonali, in bonorum ejuſdem poſſeſſionem, pro debiti declarati menſura, ex primo; aut, poſt anni inde ſubſecuti lapſum, ex ſecundo decreto Judicis mittitur. *Feud.* 2. *t.* 22. *arg. c. quoniam frequenter.* §. *fin.*

ut

ut lite non conteſt. Auth. & qui jurat. C. de bon. auct. jud. poſſid.

Quam poſſeſſionem recuperat Reus, ſi ante lapſum anni comparens, vel judici obſequens, contumaciam ſuam purget, & cautionem de judicio ſiſti præſtet, adverſarioque impenſas ob contumaciam ſuam fruſtra factas refundat. *d. feud. 2. tit. 22. arg. c. cum veniſſent. de eo qui mitt. in poſſ. rei ſerv. cauſ.*

Contumacia ſic purgata, poteſt reus exceptiones peremtorias, ſi quas habet, adverſus actoris intentionem, objicere. *arg. l. peremtorias. C. ſent. reſcind. non poſſ.* Haneton. *d. lib. 4. c. 3. num. 8.*

Et adverſus iniquas rei exceptiones actor replicationes; & rurſus adverſus actoris replicationes reus duplicationes; & ſic deinceps, prout negotiorum varietas, vel rei æquitas poſtulabit. *arg. l. 2. in princ. ff. de except. & §. 1. Inſt. de replicat.* Haneton. *d. loc.*

Tit. VI.

De probationibus in cauſis Feudalibus.

Ad *probationes* ubi fuit deventum, prius actor ſuam intentionem; *arg. l. qui accuſare. C. de edend. & l. 2. ff. de probat.* deinde reus ſuam exceptionem; *l. qui exceptionem. in fin. C. de probat. l. 1. ff. de except.* legitime probare debet.

Quod & verum, cum actor agendo, vel

reus excipiendo aliquam qualitatem allegat, ſuper qua, ut in cauſa obtinere poſſit, intentionem ſuam fundat. *Feud.* 2. *tit.* 41. §. 1.

Si tamen actor vel reus præſumtione aliqua juvetur, illa à probandi onere eum ſublevabit, illudque in adverſarium (*Niſi is contrariâ & vehementiore præſumtione juvetur,*) transferet: veluti ſi unus feudum antiquum eſſe adſerat, alter novum eſſe contendat: *feud.* 2. *t.* 11. & *t.* 15. & *t.* 41. & *ibi Dd.* vel ſiquis rectum & proprium eſſe affirmet, adverſarius vero non rectum & improprium eſſe dicat. *Feud.* 2. *tit.* 2. & *ibi Dd.*

Circa *probationes* quædam hic ſunt *ſingularia.*

Primum, Quod ad inveſtituram feudi novi ſecularis probandam non recipiantur niſi Pares Curiæ, ad minimum duo: *Feud.* 2. *t.* 32. vel breve teſtatum, id eſt, publicum inſtrumentum, à duobus vel tribus Paribus ſubſcriptum. *d. Feud.* 2. *tit.* 32. & *tit.* 2.

Nec ſufficit hos teſtes tempore probationis Pares eſſe, ſed neceſſe eſt, tempore inveſtituræ eos etiam Pares fuiſſe. *d. feud.* 2. *tit.* 2. *verſ. ſi inſtrumentum.* Sonsbec. *part.* 15. *n.* 7.

Sufficit tamen tempore inveſtituræ illos Pares fuiſſe, etiamſi Pares eſſe deſierint. *feud.* 2. *t.* 19. Duar. *c.* 7. *n.* 3. Curt. *p.* 2.

num.

num. 25. Schneidw. *part.* 4. *n.* 22. *& seqq.*

In casu necessitatis; puta si Dominus, tempore investitionis factæ nullos alios Vasallos habuerit, vel habuerit quidem, sed probationis tempore amplius non supersint; & probatio per duos alios testes extraneos omni exceptione majores, vel per instrumentum publicum ab iis confirmatum, admittitur. *d. feud.* 2. *tit.* 2. §. 1. *in fin. feud.* 1. *tit.* 16. *in princ.* & §. 1. *in princ.* & *feud.* 2. *tit.* 32. & *t.* 33. *in princ. vers. quod autem.* Curt. *part.* 2. *n.* 16. Sonsbec. *p.* 15. *num.* 1. Borch. *c.* 7. *n.* 46. Rosenth. *c.* 12. *conc.* 52. Vult. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 14.

Ad probandam feudi Ecclesiastici investituram novam, ut & Secularis veterem, & Pares Curiæ & extranei testes pariter admittuntur. *feud.* 1. *tit.* 16. *in fin. princ. feud.* 2. *tit.* 32. ubi Gloss. Sonsbec. *p.* 15. *num.* 9.

Secundum singulare est; Quod felonia commissa, non nisi quinque testibus, famæ & opinionis integræ, probetur. *feud.* 2. *tit.* 57. Zas. *p.* 10. *n.* 108. Vult. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 54. Rosenth. *d. c.* 12. *concl.* 19. *num.* 5. Borch. *c.* 10. *num.* 42.

Tertium singulare est; Quod, licet jure communi, actore non probante, reus, etiamsi nihil præstiterit, obtineat; *l.* 5. *C. de edend.* jure tamen feudali continuo non absolvatur, sed *juramento* se purgare debeat. *feud.* 2. *t.* 4. §. 2. & *feud.* 2. *t.* 39. & *feud.* 1. *t.* 10.

Quod, judex qui de causa cognoscit, deferre illi debet, qui vel semiplene intentionem suam probavit, vel majori præsumtione juvatur; *arg. c. fin. vers. præsumtione de jurejur.* vel, omni præsumtione utrimque deficiente, illi, qui feudum, de quo agitur, domino sciente & non contradicente, per annum, *feud. 2. t. 1. & t. 11. & arg. feud. 1. t. 27.* possedit: *feud. 1. t. 10. in princ. §. retinendæ. vers. commodum. Inst. de interdict.* vel, si neuter possideat, illi, cui, & personarum & causæ qualitatibus diligenter inspectis, potius deferendum esse secundum conscientiam judicat. *d. feud. 2. t. 33. vers. sacramentum. & feud. 2. tit. 11. in fin. arg. l. fin. in fin. ff. de jurej.* Hanet. *l. 4. t. 4. n. 5.*

Is cui hoc juramentum defertur, vel jurat ipse, una cum duodecim Sacramentalibus, id est, *duodecim viris, sive Paribus, sive aliis*, qui similiter jurant, se credere id verum esse, quod litigator juravit, vel, si jurare nolit, jusjurandum, si quidem ipsi sit in judicio à parte delatum; (A Judice enim delatum necessario est præstandum. *d. feud. 2. t. 33. vers. sacramentum. arg. in C. fin. de jurejur. l. 12. §. 1. vers. judex. C. de reb. cred.* Haneton. *d. loc. n. 6.*) adversario refert, ut similiter is cum duodecim Sacramentalibus juret. *d. feud. 2. tit. 4. & tit. 33.*

Qui si jurare nolit, tanquam legitime con-

convictus, condemnabitur, *d. feud.* 2. *tit.* 4. & 33.

Verum quamvis Domino in probatione deficiente Vasallus possidens, non nisi dicto jurejurando prius præstito absolvatur, Vasallo tamen in probatione deficiente, Dominus possidens, etiam nullo sacramento præstito, absolvendus est. *feud.* 2. *tit.* 32. §. *fin.*

Quartum singulare est; Quod ob defectum probationis hoc jure admittatur exploratio per duellum, *feud.* 2. *t.* 39. §. *non est consuetudo.* per flammam, ferrum candens, aut simile quid. *arg. feud.* 2. *t.* 27. §. 3. *vers. similes. ibique* Gloss. *in verb. in divino.*

Sed assumptio illa *Sacramentalium* ob anceps perjurii periculum paulatim in desuetudinem abiit, & probationes maxima ex parte ad jus commune sunt redactæ; Zas. *p.* 11. *n. fin.* Vult. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 20. Rosenth. *d. c.* 12. *concl.* 14. *n.* 68. & *seqq.* exploratio ista, propter incertitudinem & superstitionem abrogata est. *c. Monomachiam.* 2. *qu.* 5. *c.* 1. 2 & 3. *de purg. vulg. vid.* Vasqu. 1. *ill. controv. c.* 11. *num.* 35. & *seqq.*

Quintum singulare est; Quod, cum jure Civili in causis plerisque etiam fœminæ ad testimonium admittantur, *l. qui testamento.* 20. §. *mulier.* 6. *ff. qui testam. fac. poss.* jure tamen Feudali masculi tantum te-

teſtes idonei ſunt. *feud. 2. tit. 32. in fin.*

Cui conſequens eſt, Hermaphroditum admitti, vel non admitti, pro ſexus prævalentia. *l. quæritur. 10. ff. de ſtatu hom.* Schneidw. *part. 9. cap. 2. num.* 28.

Tit. VII.

De ſententia Feudalium cauſarum definitiva.

FActis ſecundum ſupra dicta probationibus, cauſa à Judice *ſententia definitiva*, vel *abſolutoria*, vel *condemnatoria*, ſecundum leges & conſuetudines, decidenda eſt. *princ. Inſt. de offic. jud.*

Ubi hic ordo ſervandus eſt; Ut primo inſpiciatur inveſtituræ tenor: *Feud. 2. t. 12. & t.* 18. deinde conſuetudo loci ſpecialis: tum conſuetudo Feudorum generalis; atque iſtis omnibus deficientibus, ad ſimilia perveniatur, primum quidem conſuetudinis, tandem juris ſcripti. *arg. feud. 2. t. 1. in princ. & l. 12 ff. de legib.* Vult. *d. c. 3. n. 22.* Roſenth *c. 1. concl. 12. & ſeqq.*

Si in judicio proferantur plures de eodem feudo inveſtituræ inter ſe diſcrepantes; *antiquior & prima attendenda eſt*; cum quod inveſtituræ poſteriores nihil aliud ſint, quam confirmationes & acceſſiones priorum, adeoque ejus naturam immutare non poſſint; *arg. c. acceſſorium. de reg. ur. in* 6. tum quod mutatio, ſi quà contigit,

tigit, errore facta præsumatur: cum in dubio nemo censeatur, mutando investituram, sibi, posteris suis, vel aliis jus ex ea habentibus voluisse præjudicare. *arg. l.* 25. *ff. de probation.* Laurent. Sylv. *de feud. recognit. qu.* 38. Intrigl. *qu.* 10. *n.* 58. *& seqq.* Schrader. *part.* 5. *c.* 2. *n.* 31. *& seqq.* Vult. *d. c.* 3. *num.* 22. & Dd. com.

Si tamen mutatio illa ex certa scientia prioris investituræ, voluntate Domini & Vasalli facta; tum & Vasallo & agnatis præjudicat, si is feudum de novo & primitus acquisivit; Schrader. *d. c.* 2. *n.* 41. sin non; in præjudicium agnatorum mutare nihil poterit. Schrad. *d. c.* 2. *n.* 42. Rosenth. *c.* 6. *concl.* 69. Ludwell. *c. ult. in fin.*

Sententia definitiva à Judice contra Vasallum lata, si in *rem judicatam* transiit, nec appellatione interposita sit suspensa, non solum ipsi, sed & ejus agnatis, aliisque omnibus successoribus, etiam ignorantibus, præjudicat. *arg. l.* 1. *in princ. l. si pecuniam. C. de re jud. l. post rem. ff. eod.* Hanet. *l.* 4. *c.* 5. *n.* 2. Diss. Isern. *in feud.* 2. *t.* 26. §. *licet. vers. si Vasallus.*

Vasallo itidem cum extraneo litigante, sententia adversus eum lata, non solum ipsi, sed & feudi Domino, etiam absenti & ignoranti, respectu feudi, hoc est, utilis Domini, nocet, ut scilicet, eum qui vicit, Vasallum habere cogatur: Hanet. *d. loc. num.* 3. *contra* Bart. *in l. sæpe constitutum*

stitutum ff. de re jud. & Butrio. *in c. quamvis. de sent. & re jud.* non nocet respectu directi Dominii; nisi eò vel præsente, vel saltem sciente, sententia adversus Vasallum lata sit. *feud. 2. tit. 43. in fin.*

T I T. VIII.

De appellationibus & temporibus earum.

SI sententia, super Feudali causa lata, sit iniqua, ab ea *appellatio* est concessa, eademque servanda ratio, quæ jure communi.

Nempe ut ea fiat *gradatim. Novel. 17. c. 3. in fin.* Ne turbato ordine jurisdictiones confundantur. *contra l. nemo. C. de jurisd. omn. jud.*

Itaque si Dominus feudi pronuntiavit, ad proxime Superiorem illius feudi, & tandem ad Imperatorem, est appellandum. Clar. *d. §. feudum qu. 90. circa fin.* Hart. Hartm. *t. de appellation. 19. obs. 25.* Mynſ. *5. obs. 5.* Gail. *2. obs. 156. n. 3.*

Si ad Imperatorem, vel alium Supremum loci Principem, de feudo majori appelletur, appellans, una cum eo à quo appellavit, vel alio ejus nomine, Gudel. *part. 6. c. 5.* intra sex septimanas se præsentare debet: *feud. 1. t. 22. §. fin.* in aliis feudis, & appellationibus non ad Imperatorem factis, tempora appellationum

num à Jure Communi ſtatuta obſervanda: Cum hoc Feudali jure de iis nihil ſpecialiter ſit conſtitutum. *arg. feud.* 2. *t.* 1. *verſ. ſtrenuus.* Clar. *d.* §. *feudum. qu.* 93. Curt. *d. p.* 7. *n.* 33. Vult. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 5. Roſenthal *d. c.* 12. *concl. fin.*

Tit. IX.

De ſententiæ Feudalis executione.

E*Xequi ſententiam* judicio Feudali latam poſſunt, ipſe *Dominus* & *Pares*, mandando videlicet reo, ut ſub periculo amiſſionis feudi ſententiæ pareat; vel etiam immiſſionem in bona decernendo; realiter autem ipſi mittere nequeunt, ſed Ordinarii Judicis opem implorare & requirere debent. Roſenthal. *d. c.* 12. *concl. fin. num.* 16 & 17.

Domino feudi condemnato, *beneficium competentiæ* competit; ne executio in eum fiat ultra quam facere poteſt. *arg. l.* 17. *ff. de re jud. feud.* 2. *t.* 58. *in princ.* Duar. *ad t. de re judic. prælect.* 23. Schrader. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 93. *uſque ad* 99.

Executio ſententiæ, æris alieni nomine, domino invito in ipſum feudum fieri nequit, ſed tantum in fructus; conſentiente, poteſt.

Domini conſenſus novus non requiritur, ſi ſemel oppignorationi feudi conſenſit. Hart. Piſtor. *p.* 1, *qu.* 15.

Ju-

Judex appellationis ſententiam ſuam, qua judicis, à quo appellatur, ſententiam, vel in totum, vel pro parte, revocavit atque reformavit, ipſe executioni mandat: *l. addictos. in fin. l. præcipimus. verſ. in hic. in fin. C. de appellat.* quam confirmavit, ad judicem à quo exequendam remittit. *Auth. ei qui. in fin. C. de tempor. appellat. c. cum ſit Romana. de appellat.* Haneton. *l.* 14. *c.* 5. *n.* 6.

In executione ordo, communi jure introductus, ſervari debet; cum jure Feudali in ea re nihil ſpecialiter ſit ſtatutum. *arg. Feud.* 2. *tit.* 1. *verſ. ſtrenuus.* Haneton. *d. loc.*

FINIS.